TH
4,375
16°

Ex libris
J. H. Acker Vicarii ad
S^tum Mathiam
Traj: ad Mosam
30^a Aug: 1816

ULg - C.I.C.B.
*709901293*
LIBER

# INSTRUCTIONS
*Pour adminiſtrer*
## LES DERNIERS SACREMENS
AUX MALADES,
*Et les aſſiſter à bien mourir;*

Tirées du Rituel de Liege, pour la commodité de Mrs les Rds Curés & Eccleſiaſtiques, particulierement de la Campagne :

*Avec des Actes de Foi, d'Eſperance, de Charité & d'Amour de Dieu, &c.*

NOUVELLE EDITION

Augmentée des Préparations au *Saint Sacrifice de la Meſſe* & des *Actions de graces*, avec un petit Traité très-utile pour ce qui eſt à obſerver dans cette auguſte Célébration.

A LIEGE, chez S. BOURGUIGNON,
Imprimeur de la Noble Cité.

## Acte de foi

Mon Dieu ! Je crois fermement tout ce que vous avez dit et révélé, et que l'eglise me propose de croire, parce que vous êtes la vérité même, qui ne pouvez ni vous tromper, ni me tromper.

## Acte d'Espérance

Mon Dieu j'espere le ciel et les grâces pour le mériter, parce que vous me l'avez promis par votre miséricorde et que vous êtes tout-puissant et fidele dans vos promesses.

## Acte de charité

Mon Dieu ! Je vous aime de tout mon cœur par dessus toutes choses, parce que vous êtes infiniment parfait et aimable et j'aime mon prochain comme moi même pour l'amour de vous.

Bibl. Univ. LEODIENSIS

## AVIS AU LECTEUR
### *Sur cette nouvelle Edition.*

PLuſieurs de Mrs les Rds Curés & Eccleſiaſtiques, tant de la Ville que de la Campagne, ayant ſouhaité qu'on fît un Extrait du *Rituel* de Liege, touchant la maniere de viſiter les Malades & de leur adminiſtrer les Sacremens du Saint Viatique & de l'Extrême-Onction, afin qu'ils puſſent s'en ſervir comme d'un *Veni mecum*, on a imprimé ce préſent petit Livre pour les exempter de la peine de ſe charger d'un auſſi grand qu'eſt le *Rituel* ordinaire; eu égard en outre que ces Meſſieurs ſe trouvant aſſez ſouvent obligés d'aller adminiſtrer les Sacremens aux Malades dans des Hameaux éloignés quelquefois

juſqu'à une lieue, ou une heure entiere, quand ſur-tout les Paroiſſes ſont d'une certaine étendue, comme il y en a pluſieurs dans ce Diocèſe.

Pour rendre ce Livret encore plus utile, & même plus précieux, on y a ajoûté une *Préparation à la Sainte Meſſe* & les *Actions de graces*, avec un *petit Traité des diſpoſitions & obſervations néceſſaires* dans la célebration de cet Auguſte Sacrifice.

# *MODUS viſitandi Infirmos & Illis adminiſtrandi Venerabile* EUCHARISTIÆ *Sacramentum.*

1. PASTOR in primis ad deferendum Ægroto Venerabile hoc Sacramentum interpellatus, in Templo campanam pulſari faciet, dando illi aliquot ictus ex una duntaxat parte campanæ; tum ut vicini ſic convocati Sacramentum comitando venerentur, tum etiam ut pro Ægroto communibus votis Deum orent.

2. Sacerdos Stolam & Superpelliceum indutus, præeunte Miniſtro cum lumine & tintinabulo, reverenter in

Proceſſionem Fidelibus inſequentibus deferat ad Ægrum Sacroſanctum Domini Corpus, atque toto itinere, ſi fieri poteſt, Laudes, Pſalmos, Orationes, Hymnoſque recitet; ut *Pange lingua*, *Lauda Sion* : aut circa piam aliquam meditationem occupetur.

3. Pixidem autem, in qua Venerabile Sacramentum ante faciem ſuam elevatam deferet, convenerit coôperire panno aliquo honeſto byſſino vel holoſerico, qui etiam ut tegat alterum Sacerdotis brachium, optandum erit. Si autem ruri longiùs erit deferendum per vias abruptas & minùs planas, ſepibus interdum interjectis, tum ob periculum lapsûs poterit deferri in parva pixide incluſa honeſto ſacculo pretioſioris materiæ ad collum appendente.

4. Aqua etiam benedicta (quâ domum in ipſo ingreſſu & ipſum Ægrotum aſpergi convenit) poſt Sacerdotem deferatur. Vehementer etiam commendandi ſunt Parochiani, qui Sanctiſſimum Domini Corpus non ſolùm ac-

cenſis tædis atque candelis venerantur, verùm etiam corporali præſentiâ, idque detecto capite, Venerabile Sacramentum ab Eccleſia ad Ægri domum, & ab hac rursùm ad Eccleſiam ſequuntur, ſanctis meditationibus, orationibus, & aliis exercitiis pietatis iter conſumentes.

5. Domus Ægri ſcopis benè mundata & ornata fit, & bonis odoribus repleta, ſacris Imaginibus accenſiſque candelis decorata, præcipuè verò inhabitantium puritate, & fideli humilitate, quâ ſecum recogitent:

Domine, non ſumus digni, ut intres ſub tectum noſtrum.

6. Sit etiam in domo Ægri menſa quoad pedes benè firmata, mappa candida, candelis accenſis, Cruce Domini pulchrè adornata, ſuper quam Sacerdos Chriſti Corporis tabernaculum, ſeu pixidem reverenter reponat.

7. Vinum etiam procurent domeſtici, atque aquam cum pelvi, mantili, & cyatho aliquo.

*Ingreſſurus Infirmi domum, dicat:*

℣. Pax huic domui.

℟. Et omnibus habitantibus in ea.

*Oremus.*

Viſita, quæſumus, Domine, habitationem iſtam, & omnes inſidias inimici ab ea repelle, adſint Angeli tui Sancti, qui me Miniſtrum tuum adjuvent, & infirmum famulum tuum, (*vel* infirmam famulam tuam) in vera fide cuſtodiant. Qui vivis & regnas Deus per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

*Tabernaculo Sacramenti ſuper menſa repoſito, aſpergat Infirmum Aquâ benedictâ, dicendo:*

Aſperges me, Domine, hyſſopo, & mundabor: lavabis me, & ſuper nivem dealbabor.

*Dicat, ſi tempus ferat, pſalmum* Miſerere mei, Deus, *in fine* Gloria, *poſt repetatur*:

Aſperges me, Domine, hyſſopo, & mundabor: lavabis me, & ſuper nivem dealbabor.

℣. Salvum fac ſervum tuum.

℟. Deus meus, ſperantem in te.

℣. Mitte ei, Domine, auxilium de Sancto.
℟. Et de Sion, tuere eum.
℣. Nihil proficiat inimicus in eo.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
℣. Eſto ei, Domine, turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.
℣. Domine, exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

*Oremus.*

DEus infirmitatis humanæ ſingulare præſidium, auxilii tui ſuper Infirmum noſtrum (*Infirmam noſtram*) oſtende virtutem, ut ope miſericordiæ tuæ adjutus (*adjuta*) Eccleſiæ tuæ ſanctæ ſanus (*ſana*) repræſentari mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

---

Courte Exhortation que pourra faire le Paſteur à ſon Paroiſſien malade.

MOn Frere (ou *ma Sœur*) *vous avez un grand ſujet de louer Dieu,*

*de ce qu'il vous a donné le temps & le loiſir de penſer à votre conſcience, avec une bonne & fidelle contrition, c'eſt-à-dire, un grand & fidele déplaiſir d'avoir offenſé Dieu, avec un ferme propos & volonté de ne le plus offenſer à l'avenir : mais de changer entierement de vie, & de réparer les fautes que vous avez commiſes, moyennant la grace de Dieu.*

*Faites une entiere Confeſſion de tous vos péchés, quels qu'ils ſoyent, dont vous pouvez après un bon & fidele examen de votre conſcience, en avoir la ſouvenance, & n'ayez aucune honte, ni appréhenſion pour la grieveté, ou grandeur & circonſtance du mal, que vous pourriez avoir fait, mais appuyez-vous ſur l'abîme de la grande bonté & miſéricorde de Dieu, comme ont fait David, Saint Paul, la Madeleine, Saint Matthieu, & pluſieurs autres grands pécheurs, auſquels Dieu a fait grace & miſéricorde. Qu'il vous ſouvienne que notre Seigneur a dit, qu'il n'eſt pas venu en ce monde pour les juſtes, mais pour les pécheurs : arrêtez-vous là-deſſus, & repentez-vous de l'avoir offenſé, & lui*

*demandez pardon. Si vous connoiſſez que vous devez quelque choſe à votre prochain, faites-lui ſatisfaction, ſi vous la pouvez faire préſentement, ou au moins promettez de la faire ſi-tôt que Dieu vous en aura donné la premiere commodité. Si vous penſez avoir offenſé quelqu'un, demandez-lui pardon, & de votre part pardonnez auſſi de bon cœur à tous ceux qui pourroient vous avoir offenſé.*

Tunc Infirmum interroget, à quo tempore confeſſus ſit, & cætera in tractatu de Confeſſione tradita, obſervet. Dehinc eum patienter audiat, interroget, conſoletur, & de iis quæ ſalutis fuerint, ſapienter & diſcretè doceat. Sciſcitetur inſuper an humili fiduciâ confidat ſe ſufficienter diſpoſitum, & num aliquid ſuperſit, quod conſcientiam gravet. Præterea num laboret ſtomacho, & pronus ſit ad vomitum, & eo caſu ( ne Sacramento fiat injuria ) tantum ei Sacramentum adorandum proponatur, ſitque ſpirituali Communione contentus. Ubi verò nihil tale timetur, generalem Confeſſionem Sacerdote præ-

dicente recitet, vel aliam (ſi eam neſciat) & humili prece abſolutionem poſtulet

Et Sacerdos confeſſum ab omnibus peccatis, etiam S. Pontifici reſervatis, maximè ſi periculosè laboret, & ab omni ſententia excommunicationis, quomodolibet in ipſum latâ à jure, aut homine, abſolvat, cautione datâ de ſatisfactione juratoria, ut minimùm modo infraſcripto.

Miſereatur tui Omnipotens Deus, & dimiſſis omnibus peccatis tuis perducat te Jeſus-Chriſtus Filius Dei in vitam æternam. Amen.

Indulgentiam & abſolutionem omnium peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens, pius & miſericors Dominus. Amen.

Dominus noſter Jeſus-Chriſtus per meritum ſuæ benedictæ Paſſionis dignetur te abſolvere: & Ego ejuſdem authoritate, & beatorum Petri & Pauli, & Domini noſtri Papæ, quâ fungor hac in parte, abſolvo te ab om-

ni ſententia excommunicationis, latâ ab homine vel à jure, & reſtituo te Eccleſiaſticis Sacramentis: etiam abſolvo te ab omnibus peccatis tuis, In Nomine Pa†tris, & Fi†lii, & Spiritûs† Sancti.

Tum lotis manibus, extremis digitis ex pixide Paſtor elevet ſacram Hoſtiam, & Ægrotum ad debitam tanti Sacramenti adorationem excitet, utens aliquâ iſtarum, quæ ſequuntur admonitionum, vel aliam, ſi poteſt & mavult, ipſe ſuo marte conficiat, Perſonæ Ægrotantis & adſtantium ſemper ratione habitâ.

*Voici le vrai Agneau de Dieu, qui efface tous les péchés du monde. Voici celui qui a répandu ſon précieux Sang pour nous racheter de la mort éternelle. Voici votre Sauveur & Rédempteur Jeſus-Chriſt vrai Dieu & vrai homme, au nom duquel il faut que nous ſoyons tous ſauvés, & ſans lequel il ne faut eſperer aucun ſalut, ni en ce monde, ni en l'autre. Le croyez-vous ainſi?*

Et cùm reſponderit ſe ita credere, addat quod ſequitur.

*Adorez-le donc humblement, & le recevez dévotement, diſant avec le bon Centenier :* Domine, non ſum dignus, &c. (vel ſi latinè neſciat) *Seigneur, je ne ſuis pas digne que vous entriez chez moi, mais dites ſeulement la parole, & mon ame ſera guerie.*

Vel ſic Infirmum hortabitur, & admonebit.

MOn *Frere* ( ou *ma Sœur*) *c'eſt ici le vrai ſymbole de paix & d'union, c'eſt le vrai Myſtère de charité & de vie : c'eſt le Sacrement, par le moyen duquel il a plû à Dieu de nous unir avec ſoi, & nous tous enſemble, ainſi que ſon Apôtre ſaint Paul nous l'enſeigne, diſant :* Unus panis, unum corpus, multi ſumus omnes qui de uno pane participamus *Nous, qui ſommes pluſieurs, ſommes un pain & un corps, nous tous, dis-je, qui participons d'un même pain. Et parce qu'il n'y a rien de plus contraire à la vraie charité & dilection, que la haine & la rancune, il eſt beſoin que qui-*

*conque le veut recevoir dignement & avec ſalut, arrache de ſon cœur toute haine, rancune, ou diſſenſion qu'il pourroit porter à qui que ce ſoit, & pour quelque occaſion que ce ſoit.*

*Ne pardonnez-vous pas donc de bon cœur à tous ceux & celles, qui vous auroient fait aucun tort, en quelque maniere & façon que ce ſoit? Et aux autres, que vous auriez vous-même offenſés, n'en demandez-vous pas pardon, au Nom de Jeſus-Chriſt.*

Si autem notoriè conſtiterit, quod, non ſine ſcandalo, diſſentiat cum aliquo, ut vir cum uxore, pater cum filio, vicinus cum vicino, aut contrà, addet etiam hæc verba:

*Vous ſçavez, mon Frere ( ou ma Sœur ) qu'il y a déjà quelque temps que vous êtes ſéparé de votre femme, ou qu'il eſt intervenu telle diſcorde entre vous & tel, ou telle perſonne: les injures ſont telles tant d'un côté que d'autre: le tout eſt public, chacun le ſçait: Afin donc que l'Egliſe ſoit édifiée de votre réconciliation, laquelle juſtement pourroit avoir*

*été ſcandaliſée de cette diſſenſion, & que Dieu par un même moyen ſoit loué, obéi, & honoré, qui a mis la loi de réconciliation telle, que ſi nous voulons qu'il nous pardonne, il faut que nous pardonnions à tous ceux qui nous pourroient avoir offenſés. Je vous exhorte donc, & vous prie au Nom de Dieu, autant que vous pouvez & devez avoir cher le ſalut de votre ame, de mander préſentement la partie par vous offenſée, afin de vous réconcilier de bon cœur avec elle,* ( vel ſi propter loci diſtantiam, vel propter ægritudinem, vel ob aliam cauſam fieri nequeat ) *ou pour le moins que vous me promettiez en la préſence de cette compagnie, de faire de votre part tout le devoir qui vous ſera poſſible, pour obtenir & jouir d'une vraie & ſalutaire réconciliation.*

Quod ſi nolit reſpondere, vel reſpondeat ſe nolle, nec poſſe remittere offenſam & proximo reconciliari, diligenter & ſeverè admonendus erit, ipſi aliter peccata dimitti non poſſe, neque ſibi Paſtori, neque alteri Sacerdoti cuicumque licere abſolvere. Et caveat,

quamdiu in eo ſtatu perſeverat, ei vel abſolutionem impendere, vel Sacramentum Altaris quoquomodo adminiſtrare. Si verò Ægrotus in tali vel alio quovis negotio fecit quod potuit, non eſt ei neganda abſolutio, neque Sacramentalis Communio; quia voluntas in neceſſitate pro facto habenda eſt.

Alia Exhortatio quâ Paſtor utetur, quoties Infirmus vel Sacramentum recipere, vel ſpecies conſumere non poterit, ob aliquod oris vel ſtomachi impedimentum.

*MOn Frere ( ou ma Sœur ) je vois, qu'à l'heure préſente, il vous ſera impoſſible de recevoir le ſaint Sacrement, à raiſon de votre indiſpoſition : c'eſt pourquoi je vous prie de ne vous pas contriſter, vous aſſûrant qu'auſſi-tôt qu'il plaira au bon Dieu de vous donner quelque allegement du mal qui vous cauſe cet empêchement, je ferai mon devoir de ſatisfaire à votre ſaint déſir, ainſi que Dieu & ma charge me l'enſeignent. Cependant, ſi vous vous humiliez, & de tout votre cœur vous vous rapprochez de Dieu, avec foi, eſperance & cha-*

*rité, lui demandant ſa grace : dès l'heure préſente, & au cas même que ce fût la volonté de Dieu de vous retirer de ce monde avec cet empêchement, vous ne ferez en rien privé des excellens fruits & graces ſingulieres, qui ſont communiquées à ceux qui le reçoivent ſacramentellement : car Dieu eſt bon, & il eſt ſi liberal & miſéricordieux, qu'il ne refuſe jamais ſa grace à celui, qui en toutes choſes fait ce qui eſt en ſa petite puiſſance, & qui volontiers ſe ſoûmet à ſa divine volonté & providence. Seulement ceci vous eſt abſolument néceſſaire, de croire fermement qu'ici eſt le vrai Corps & Sang de Jeſus-Chriſt votre Rédempteur, & d'une vive foi adorer en eſprit & en vérité, celui qui en ce même corps a voulu mourir pour vos péchés, & reſſuſciter pour votre juſtification. Voilà ce que vous devez croire, & généralement tout ce que notre Mere la ſainte Egliſe croit, & nous enſeigne de croire, ſi vous voulez jouir des fruits que Dieu communique à ceux qui reçoivent cet admirable ſaint Sacrement à leur ſalut. Le croyez-vous, & le déſirez-vous ainſi ?*

Reſpondeat Infirmus.

*Oui, Monſieur, de tout mon cœur.*

Sacerdos, oſtensâ illi Hoſtiâ ſacrâ, dicat:

*Adorez donc la ſainte Hoſtie en toute humilité & révérence, & dites dévotement* : Adoramus te, Domine Jeſu-Chriſte, *ou une autre Oraiſon que vous ſçaurez mieux, demandant à Dieu pardon de toutes vos offenſes, & pardonnant de bon cœur, pour l'amour de lui, à tous ceux qui vous ont offenſé.*

Quod dum facit Ægrotus, vel ſaltem ſigno aliquo teſtatur animi devotionem, Sacerdos tenere debet ſacram Hoſtiam detectam & elevatam, ut illam Infirmus videre, venerari, & adorare poſſit.

Quando autem Infirmus poterit recipere ſacroſanctam Euchariſtiam, cum ſumma reverentia illi porrigat, eâdem Infirmum ſignans, ac dicens:

Corpus Domini noſtri Jeſu-Chriſti cuſtodiat te, ut perducat ad vitam æternam. Amen.

Deinde perfuſis vino digitis quibus ſacram Hoſtiam tenuit, tradat Infirmo ablutionem , nihil dicens. Quo facto mantili tergat manus, & reſumpto ſacro vaſculo, in quo ſacra Hoſtia reconditur, clarâ voce pronuntiet Evangelium ſecundùm Joannem, dicens:

Dominus vobiſcum.

R. Et cum ſpiritu tuo.

Initium ſancti Evangelii ſecundùm Joannem. R. Gloria tibi, Domine.

IN principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Quod factum eſt, in ipſo vita erat, & vita erat lux hominum : & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Joannes Hic venit in teſtimonium, ut teſtimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum Non erat ille lux; ſed ut teſtimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illumi-

nat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognovit. In propria venit, & ſui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus. Qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt. Et VERBUM CARO FACTUM EST, & habitabit in nobis, & vidimus gloriam ejus, gloriam quaſi unigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis. Deo gratias.

Per Evangelica dicta deleantur noſtra delicta.

*V.* Sit Nomen Domini benedictum.

*R.* Ex hoc nunc & uſque in ſæculum.

*Oremus.*

PRotector in te ſperantium Deus, ſine quo nihil eſt validum, nihil ſanctum, multiplica ſuper nos miſericordiam tuam, ut te rectore, te duce, ſic tranſeamus per bona temporalia, ut non amittamus æterna. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

*Oremus.*

EXaudi nos, omnipotens & miſeri-cors Deus, & mittere digneris ſanctum Angelum tuum de Cœlis, qui cuſtodiat, foveat, protegat, viſitet & defendat hunc Infirmum (hanc Infir-mam) & omnes habitantes in hoc ha-bitaculo. Per Chriſtum Dominum noſ-trum. *R* Amen.

*Deinde Vaſculo ſacro ſignans Infirmum & aſtantes, dicat :*

A Subitanea & improviſa morte, & à damnatione perpetua, liberet te & nos omnes Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus. Amen. ✠

Aſpergat Infirmum Aquâ benedictâ, & dicat:

N. *Mon Frere ( ou ma Sœur ) vous avez reçû le Pain des Anges, vrai Viati-que des Fidéles pour paſſer heureuſement de ce monde en l'autre. Rendez graces à Notre Seigneur, & ayez patience en votre maladie, vous remettant du tout à ſa ſainte volonté & miſéricorde, pour diſpo-ſer de vous, comme il lui plaira. Et pour ce que vous ne ſçavez ni le jour, ni l'heu-*

*re, qu'il vous voudroit appeller de ce monde, je vous exhorte de diſpoſer de vos affaires, & de penſer à faire votre teſtament, ſi vous ne l'avez pas encore fait. En quoi ſi je vous puis aider, ie le ferai volontiers, comme pareillement je me tiendrai prêt, pour vous adminiſtrer le Sacrement d'extrême-Onction, s'il en eſt beſoin, & le requerez.*

*Sacerdos Infirmo valedicens, illi benedicet, dicens*: Benedictio Dei Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti, deſcendat ſuper te, & maneat ſemper.

Deinde recedens, dicat:

*Dieu demeure avec vous.*

---

Actes de Foi, d'Eſperance, de Charité, & d'Amour du Prochain, qu'on pourra faire dire au Malade.

*Acte de Foi.*

MOn Dieu, je proteſte devant le Ciel & la Terre, que je veux vivre & mourir en la Foi & en l'union de la ſainte Egliſe Catholique, Apoſtolique & Romaine, que je crois fermement tout ce qu'elle croit & enſeigne,

parce que vous, ô mon Dieu, Verité éternelle, l'avez dit ou révelé, & que vous êtes une infinie Bonté & Sainteté, qui ne pouvez tromper ; une Sageſſe infinie, qui ne pouvez errer : & que vous êtes tout-puiſſant, pour faire tout ce qu'il vous plaît. Je déſavoue dès-à-préſent toutes les tentations & ſuggeſtions contraires que les démons me pourront donner au dernier moment de ma vie.

Je vous remercie, ô mon Dieu, de m'avoir créé, racheté & mis au nombre des enfans de votre Egliſe, & de m'avoir ſi ſouvent ſanctifié par les Sacremens.

*Acte d'Eſpérance.*

O mon Dieu, encore que pour l'énormité & la multitude de mes pechés, j'aie ſi ſouvent & ſi juſtement merité l'enfer, me confiant néanmoins aux mérites de la Mort & Paſſion de mon Sauveur Jeſus-Chriſt, & en la grandeur infinie de votre miſericorde, j'eſpere le pardon & la rémiſſion de tous mes pechés, & la grace de perſéverer en votre

ſaint amour, auquel particulierement je conſacre le dernier moment de ma vie.

*Acte de Charité.*

O mon Dieu, je vous aime, & vous veux ſouverainement aimer par-deſſus toutes choſes, à cauſe que vous êtes mon Dieu, mon principe, ma fin derniere, & mon ſouverain bien, d'une beauté & bonté infinie : je déſire de m'unir parfaitement à vous, afin de vous aimer de ce pur & invariable amour duquel les Bienheureux vous aiment dans le Ciel.

*Acte d'Amour du Prochain.*

O mon Dieu, je vous demande la grace & le ſalut pour toutes les créatures que vous aurez créées à votre image & ſemblance; principalement pour tous les Enfans de votre ſainte Egliſe, & en particulier pour tous ceux de qui j'ai reçû quelque déplaiſir, auſquels je pardonne d'auſſi bon cœur pour l'amour de vous, comme je déſire que vous me pardonniez.

# *MODUS adminiſtrandi* EXTREMAM-UNCTIONEM.

ANte hujus Sacramenti adminiſtrationem tria ſunt neceſſaria.

Primò, in Templo, unde Sacrum Oleum deſumetur, Sacerdos ſuperpelliceo & ſtolâ indutus, præeunte Cuſtode Templi, induto etiam ſuperpelliceo, cum lumine atque Aquâ benedictâ, reverenter in toto itinere recitet Pſalmos Pœnitentiales, niſi illos malit in Templo, antequam egrediatur, aut coram Infirmo ante Litanias, aut in ipſo Templo poſtquam ab Infirmo redierit, recitare. Hocque fiet pro Sacerdotis commoditate, & aliorum ædificatione.

Secundò, Sacerdotem vicini ad honorandum & venerandum hoc Sacramentum comitabuntur uſque ad Infirmi domum, & inde ad Eccleſiam. Et ut omnes intelligant Infirmum inungendum, & communi oratione curandum, ſignum aliquod toti populo notum

magnæ campanæ attactu & ſono detur.

Tertiò, in Infirmi domo ſit effigies Crucifixi, in menſa pulchro & albo panno veſtitâ, in qua præter accenſas candelas cereas, etiam munda aqua, cum ſale & mica panis, & lino ſive ſtuppa ponentur, ad abluendum & defricandum digitos Sacerdotis peractâ unctione. Inde linum ipſum, & cætera, quibus ſic digiti Sacerdotis perfricata fuerint, igne comburentur.

Quartò, Sacerdos igitur ad hoc Sacramentum adminiſtrandum vocatus, primùm ſigno majoris campanæ populo id ſignificari procuret, tum ſuperpelliceo & ſtolâ indutus, Oleum Infirmorum ex ſacrario depromat, & præeunte Clerico, ſeu Cuſtode (ut dictum eſt) domum Infirmi rectà petat, in cujus ingreſſu dicat:

Pax huic domui.

*Reſpondet Cuſtos.*

Et omnibus habitantibus in ea.

Deponat Oleum ſanctum ſuper menſam ad hoc paratam, deinde accipiat

Aquam benedictam, & aſpergat Ægrotum, & aſſiſtentes, & ipſum cubiculum & cubile, in quo Infirmus jacet, dicens :

Aqua benedicta ſit nobis ſalus & vita. Amen.

*Vel*, Aſperges me, Domine, hyſſopo, & mundabor: lavabis me, & ſuper nivem dealbabor.

*Deinde ſubjungat* :

BEnedic, Domine, domum iſtam, & omnes habitantes in ea, quia tu, Domine, dixiſti : Pax huic domui. Benedic, Domine, timentes te, puſillos cum majoribus. Benedicti vos à Domino, qui fecit Cœlum & terram.

*Oremus.*

EXaudi nos, Deus noſter, Pater omnipotens, æterne Deus, & mittere digneris ſanctum Angelum tuum de Cœlis, qui cuſtodiat, foveat, viſitet, & defendat hunc Infirmum ( hanc Infirmam ) & omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

*Oremus.*

*Oremus.*

OMnipotens æterne Deus, quæſumus immenſam pietatem tuam, ut ad introïtum in tuo nomine humilitatis noſtræ hunc famulum tuum (hanc famulam tuam) in hoc habitaculo jacentem, ſalutiferè viſitare digneris, & ſicut viſitaſti Tobiam & Saram, ſocrum Petri, puerumque Centurionis, ita & iſte (iſta) priſtinâ ſanitate animæ & corporis receptâ gratiarum tibi in Eccleſia referat actionem. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

*Oremus.*

OMnipotens & miſericors Deus, qui Sacerdotibus tuis præ cæteris tantam conferre dignatus es gratiam, ut quicquid in tuo nomine dignè perfectèque ab iis agitur, à te fieri credatur, quæſumus immenſam clementiam tuam, ut quicquid modò viſitaturi ſumus, viſites; quicquid benedicturi, benedicas, ✠ ſitque ad noſtræ humilitatis introïtum, Sanctorum tuorum meritis, fuga dæmonum, & Angeli pacis ingreſſus. Per Dominum noſtrum Jeſum-Chriſtum.

Paternè ſalutetur Infirmus & interrogetur, num velit hoc Sacramentum in fide Eccleſiæ Catholicæ percipere, quod Deus animabus, corporibuſque Fidelium ſanandis ſalubriter inſtituit, ac per Apoſtolos & Eccleſiam promulgari voluit, & ſemper ſuis electis adminiſtravit.

Quo dicente, Volo, ſi Æger ſit adhuc ſanæ mentis, ut quæ dicuntur poſſit intelligere, Sacerdos illum ſic breviter conſolari poterit & exhortari.

M*On Frere* ( ou *ma Sœur* ) *je me préſente ici pour vous adminiſtrer le très-ſaint Sacrement d'Extrême-Onction, comme vous l'avez déſiré. Vous ſçavez donc, & vous croyez parfaitement, que ce Sacrement eſt inſtitué de Notre Seigneur, comme tous les autres, pour l'aide & conſolation ſpirituelle de ſes enfans, qui ſont prêts de partir de ce monde pour aller à lui; ou bien pour leur rendre la ſanté corporelle, s'il voit qu'il ſoit expédient pour leur ſalut. Ainſi nous en aſſûre ſaint Jacque ſon Apôtre, diſant : Si quelqu'un d'entre vous eſt malade, qu'il*

*appelle les Prêtres de l'Egliſe, afin qu'ils prient pour lui, & qu'ils l'oignent d'huile au Nom de Notre Seigneur, & l'Oraiſon de la Foi ſauvera le malade, & Notre Seigneur lui donnera allegement ; & s'il eſt en peché, ils lui ſeront remis. Au reſte l'Onction que je vous adminiſtrerai, eſt viſible & exterieure : mais la grace que Dieu vous y donnera par mon miniſtère, eſt inviſible & interieure, comme celle de tous les Sacremens. L'huile, qui eſt une liqueur douce & gracieuſe, propre pour fortifier les membres, & appaiſer les douleurs corporelles, ſignifie tous ſemblables effets ſpirituels, leſquels nous recevons par ce Sacrement. Les parties du corps ſont ointes, leſquelles ſont les premiers & principaux inſtrumens des pechés, comme la poitrine, ſous laquelle eſt le cœur, duquel procédent (comme dit Notre Seigneur) les bonnes ou mauvaiſes penſées. Les yeux, les oreilles, les mains, les pieds, qui ſervent pour exécuter ce que le cœur a propoſé, ſoit bien, ſoit mal ; pour ſignifier que par cette action ſacramentelle, la grace nous eſt donnée, pour appaiſer*

*les douleurs ſpirituelles de l'ame, pour la fortifier, & aſsûrer contre les frayeurs de la mort & les horribles aſſauts de l'ennemi.*

*Prenez donc courage, mon Frere* (ou *ma Sœur*) *& diſpoſez-vous à recevoir cette onction, le dernier Sacrement des Chrétiens, ou par une entiére & ſérieuſe Confeſſion de vos péchés, ſi vous ſentez qu'il y en ait encore aucuns, dont vous ayez la conſcience chargée, ou par une vive foi, & une ferme eſpérance en la bonté & miſéricorde de Dieu, qui nous a préparé tant de moyens pour l'avancement & l'aſsûrance de notre ſalut, & nous a donné le temps & la commodité de les recevoir. Exercez donc vivement votre foi, & votre eſpérance, & penſez que par cette onction vous baignez votre Ame, & vous lavez tous les péchés que pourriez avoir contractés par les parties ointes, dedans le Sang précieux de Jeſus-Chriſt votre Rédempteur, & à chaque onction que vous recevez, dites du fond de votre cœur : Par les mérites de Jeſus-Chriſt, & la vertu de cette onction, me ſoient remis & pardonnés tous les*

*péchés que j'ai commis par mon cœur en penſant*, à l'onction de la poitrine. *Tous les péchés que j'ai commis par la bouche en parlant*, à l'onction des levres, *&* *ainſi de toutes les autres parties & onctions.*

Hìc ſciſcitetur ab Ægro num habeat aliquid in Confeſſione dicendum. Si reſponderit, quod ſic, illum blandè & patienter audiat, & illum abſolvat, dicendo :

MIſereatur tui omnipotens Deus, & dimiſſis omnibus peccatis tuis perducat te ad vitam æternam. Amen.

DOminus noſter Jeſus-Chriſtus, qui eſt ſummus Pontifex, te abſolvat : & Ego authoritate ipſius, quâ fungor indignus, abſolvo te imprimis à vinculo excommunicationis, & à quibuſvis cenſuris Eccleſiaſticis, in quantum poſſum & indiges : deinde ego te abſolvo ab omnibus peccatis tuis, In Nomine Patris, & Filii, & Spiritûs † Sancti.

PAſſio Domini noſtri Jeſu-Chriſti, merita Beatæ Mariæ ſemper Virgi-

nis, & omnium Sanctorum, quicquid boni feceris & mali ſuſtinueris, cedant tibi in remiſſionem peccatorum tuorum, in augmentum gratiæ & præmium vitæ æternæ.

Si autem nihil, quo conſcientia oneretur, ſe habere reſponderit, nihilominus jubeat generaliter confiteri, dicendo *Confiteor*; vel ſi neſciat, pectus tundat generaliter Dei miſericordiam invocando, tum det illi generalem abſolutionem, dicendo:

Miſereatur tui omnipotens Deus, & dimiſſis omnibus peccatis tuis perducat te ad vitam æternam. Amen.

Indulgentiam, abſolutionem & remiſſionem omnium peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens & miſericors Dominus, Pater, Filius, & Spiritus ✠ Sanctus.

Deinde jubeat Infirmum (ſi poſſit) recitare Symbolum Fidei: ſi non poſſit, recitet ipſe altâ voce coram Infirmo & maternâ linguâ ad captum Infirmi, & illum pro more antiquo Eccleſiæ interroget:

M*On Frere* [ ou *ma Sœur* ] *ne croyez-vous pas fermement tous les articles de la Foi : & généralement tout ce que notre Mere la ſainte Egliſe nous enſeigne & propoſe de croire ?*

Reſpondeat ? *Oui, Monſieur.*

*N'êtes-vous pas bien aiſe de ce qu'il plaît à Dieu vous faire la grace de mourir en la Foi Chrétienne & obéïſſance de notre Mere la ſainte Egliſe ?*

Reſpondeat ? *Oui, Monſieur.*

*N'êtes-vous pas marri & déplaiſant d'avoir ſi ſouvent & ſi griévement offenſé Dieu durant le cours de votre vie ? & ne lui en demandez vous pas pardon de tout votre cœur ?*

Reſpondeat ? *Oui, Monſieur.*

*Que s'il lui plaiſoit de vous renvoyer la ſanté, ne propoſez-vous pas, moyennant ſa ſainte grace, de vous amender, de mieux vivre à l'avenir que vous n'avez fait le temps paſſé ?*

Reſpondeat ? *Oui, Monſieur.*

*De tant de biens & de graces, faveurs & miſéricordes que vous avez reçûes de lui, ne l'en remerciez vous pas auſſi de tout votre cœur ?*

Reſpondeat ? *Oui, Monſieur.*

*Ne demandez vous pas pardon à tous ceux & celles que vous pourriez avoir offenſés ?*

Reſpondeat ? *Oui, Monſieur.*

*Et en cette réſignation, vous proteſtez devant moi votre Paſteur, de vouloir perſéverer juſqu'à la fin en cette volonté, au moyen de laquelle vous renoncez à tous péchés, au monde, à toute volupté, au diable, & à toutes ſes pompes & tentations, pour adhérer à un ſeul Jeſus-Chriſt notre Sauveur & Rédempteur, en vraie foi, eſpérance, & charité parfaite ?*

Reſpondeat ? *Oui, Monſieur.*

*Tel eſt mon déſir & ma volonté, Monſieur, de vivre & de mourir en cette foi, & avec cette proteſtation, je veux finir ma vie, & rendre mon ame à Dieu, pour qu'il lui plaiſe la prendre en ſon Royaume céleſte.*

Tunc accenſo lumine, ſi Infirmi ſtatus patiatur, legat ſeptem Pſalmos ex ordine : vel ſi non patiatur neceſſitas, eos vel antea, vel poſt ſeorſim legat, & genibus flexis, Litanias cum precibus devotè legat.

## Septem Psalmi Poenitentiales.

*Antiphona.* Ne reminiſcaris.

*Pſalmus 6.*

DOmine, ne in furore tuo arguas me : neque in ira tua corripias me.

Miſerere mei, Domine, quoniam infirmus ſum : ſana me, Domine, quoniam conturbata ſunt oſſa mea.

Et anima mea turbata eſt valdè : ſed tu, Domine, uſquequo ?

Convertere, Domine, & eripe animam meam : ſalvum me fac propter miſericordiam tuam.

Quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui : in inferno autem quis confitebitur tibi ?

Laboravi in gemitu meo, lavabo per ſingulas noctes lectum meum : lacrymis meis ſtratum meum rigabo.

Turbatus eſt à furore oculus meus : inveteravi inter omnes inimicos meos.

Diſcedite à me, omnes qui operamini iniquitatem : quoniam exaudivit Dominus vocem fletûs mei.

Exaudivit Dominus deprecationem

meam : Dominus orationem meam ſuſcepit.

Erubeſcant & conturbentur vehementer omnes inimici mei : convertantur & erubeſcant valdè velociter.

*Pſalmus* 31.

BEati quorum remiſſæ ſunt iniquitates : & quorum tecta ſunt peccata.

Beatus vir cui non imputavit, Dominus peccatum : nec eſt in ſpiritu ejus dolus.

Quoniam tacui, inveteraverunt oſſa mea : dum clamarem totâ die.

Quoniam die ac nocte gravata eſt ſuper me manus tua : converſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina.

Delictum meum cognitum tibi feci : & injuſtitiam meam non abſcondi.

Dixi : Confitebor adversùm me injuſtitiam meam Domino : & tu remiſiſti impietatem peccati mei

Pro hac orabit ad te omnis ſanctus : in tempore opportuno

Verumtamen in diluvio aquarum multarum : ad eum non approximabunt.

Tu es refugium meum à tribulatio-

ne quæ circumdedit me : exultatio mea, erue me à circumdantibus me.

Intellectum tibi dabo, & inſtruam te in via hac quâ gradieris : firmabo ſuper te oculos meos.

Nolite fieri ſicut equus & mulus : quibus non eſt intellectus.

In camo & fræno maxillas eorum conſtringe : qui non approximant ad te.

Multa flagella peccatoris : ſperantem autem in Domino miſericordia circumdabit.

Lætamini in Domino, & exultate, juſti : & gloriamini, omnes recti corde.

*Pſalmus* 37.

DOmine, ne in furore tuo arguas me : neque in ira tua corripias me.

Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi : & confirmaſti ſuper me manum tuam.

Non eſt ſanitas in carne mea à facie iræ tuæ : non eſt pax oſſibus meis à facie peccatorum meorum.

Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum : & ſicut onus grave gravatæ ſunt ſuper me.

Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ : à facie inſipientiæ meæ.

Miſer factus ſum & curvatus ſum uſque in finem : totâ die contriſtatus ingrediebar.

Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus : & non eſt ſanitas in carne mea.

Afflictus ſum & humiliatus ſum nimis : rugiebam à gemitu cordis mei.

Domine, ante te omne deſiderium meum : & gemitus meus à te non eſt abſconditus.

Cor meum conturbatum eſt, dereliquit me virtus mea : & lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum.

Amici mei, & proximi mei adversùm me appropinquaverunt & ſteterunt.

Et qui juxta me erant de longè ſteterunt : & vim faciebant qui quærebant animam meam.

Et qui inquirebant mala mihi locuti ſunt vanitates : & dolos totâ die meditabantur.

Ego autem tanquam ſurdus non audiebam : & ſicut mutus, non aperiens os ſuum.

Et factus ſum ſicut homo non audiens : & non habens in ore ſuo redargutiones.

Quoniam in te, Domine, ſperavi : tu exaudies me, Domine Deus meus.

Quia dixi : Nequando ſupergaudeant mihi inimici mei : &, dum commoventur pedes mei, ſuper me magna locuti ſunt.

Quoniam ego in flagella paratus ſum : & dolor meus in conſpectu meo ſemper.

Quoniam iniquitatem meam annuntiabo : & cogitabo pro peccato meo.

Inimici autem mei vivunt, & confirmati ſunt ſuper me : & multiplicati ſunt qui oderunt me iniquè.

Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi : quoniam ſequebar bonitatem.

Ne derelinquas me, Domine Deus meus : ne diſceſſeris à me.

Intende in adjutorium meum : Domine Deus ſalutis meæ.

*Pſalmus* 50.

MIſerere mei, Deus : ſecundùm magnam miſericordiam tuam.

Et ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum : dele iniquitatem meã.

Ampliùs lava me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco : & peccatum meum contra me eſt ſemper.

Tibi ſoli peccavi, & malum coram te feci : ut juſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cùm judicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum : & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexiſti : incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.

Aſperges me hyſſopo, & mundabor: lavabis me, & ſuper nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium & lætitiam : & exultabunt oſſa humiliata.

Averte faciem tuam à peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus: & ſpiritum rectum innova in viſceribus meis.

Ne projicias me à facie tua : & Spi-

ritum Sanctum tuum ne auferas à me.

Redde mihi lætitiam ſalutaris tui : & Spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas : & impii ad te convertentur.

Libera me de ſanguinibus, Deus, Deus ſalutis meæ : & exultabit lingua mea juſtitiam tuam.

Domine, labia mea aperies : & os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem utique : holocauſtis non delectaberis.

Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus : cor contritum & humiliatum, Deus, non deſpicies.

Benignè fac, Domine, in bona voluntate tua Sion : ut ædificentur muri Jeruſalem.

Tunc acceptabis ſacrificium juſtitiæ, oblationes & holocauſta : tunc imponent ſuper Altare tuum vitulos.

*Pſalmus* 101.

DOmine, exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat.

Non avertas faciem tuam à me : in

quacumque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.

In quacumque die invocavero te: velociter exaudi me.

Quia defecerunt ſicut fumus dies mei: & oſſa mea ſicut cremium aruerunt.

Percuſſus ſum ut fœnum, & aruit cor meum: quia oblitus ſum comedere panem meum.

A voce gemitûs mei: adhæſit os meum carni meæ.

Similis factus ſum pellicano ſolitudinis: factus ſum ſicut nycticorax in domicilio.

Vigilavi: & factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto.

Totâ die exprobrabant mihi inimici mei: & qui laudabant me, adverſùm me jurabant.

Quia cinerem tamquam panem manducabam: & potum meum cum fletu miſcebam.

A facie iræ & indignationis tuæ: quia elevans alliſiſti me.

Dies mei ſicut umbra declinaverunt: & ego ſicut fœnum arui.

Tu autem, Domine, in æternum permanes: & memoriale tuum in generationem & generationem.

Tu exurgens miſereberis Sion: quia tempus miſerendi ejus, quia venit tempus.

Quoniam placuerunt ſervis tuis lapides ejus: & terræ ejus miſerebuntur.

Et timebunt gentes nomen tuum, Domine: & omnes reges terræ gloriam tuam.

Quia ædificavit Dominus Sion: & videbitur in gloria ſua.

Reſpexit in orationem humilium: & non ſprevit precem eorum.

Scribantur hæc in generatione altera: & populus qui creabitur, laudabit Dominum.

Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo: Dominus de Cœlo in terram aſpexit.

Ut audiret gemitus compeditorum: ut ſolveret filios interemptorum.

Ut annuntient in Sion nomen Domini: & laudem ejus in Jeruſalem.

In conveniendo populos in unum: & reges, ut ſerviant Domino.

Reſpondit ei in via virtutis ſuæ : Paucitatem dierum meorum nuntia mihi.

Ne revoces me in dimidio dierum meorum : in generationem & generationem anni tui.

Initio tu, Domine, terram fundaſti : & opera manuum tuarum ſunt Cœli.

Ipſi peribunt; tu autem permanes : & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent.

Et ſicut opertorium mutabis eos ; & mutabuntur : tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient.

Filii ſervorum tuorum habitabunt : & ſemen eorum in ſæculum dirigetur.

*Pſalmus* 129.

DE profundis clamavi ad te, Domine : Domine, exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes : in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates obſervaveris, Domine : Domine, quis ſuſtinebit ?

Quia apud te propitiatio eſt : & propter legem tuam ſuſtinui te, Domine.

Suſtinuit anima mea in verbo ejus :

ſperavit anima mea in Domino.

A cuſtodia matutina uſque ad noctem: ſperet Iſraël in Domino.

Quia apud Dominum miſericordia: & copioſa apud eum redemptio.

Et ipſe redimet Iſraël: ex omnibus iniquitatibus ejus.

*Pſalmus* 142.

DOmine, exaudi orationem meam: auribus percipe obſecrationem meam in veritate tua: exaudi me in tua juſtitia.

Et non intres in judicium cum ſervo tuo: quia non juſtificabitur in conſpectu tuo omnis vivens.

Quia perſecutus eſt inimicus animam meam: humiliavit in terra vitam meam.

Collocavit me in obſcuris ſicut mortuos ſæculi: & anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus; in me turbatum eſt cor meum.

Memor fui dierum antiquorum; meditatus ſum in omnibus operibus tuis: in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te: anima mea ſicut terra ſine aqua tibi.

Velociter exaudi me, Domine : defecit ſpiritus meus.

Non avertas faciem tuam à me : & ſimilis ero deſcendentibus in lacum.

Auditam fac mihi manè miſericordiam tuam : quia in te ſperavi.

Notam fac mihi viam, in qua ambulem : quia ad te levavi animam meam.

Eripe me de inimicis meis, Domine, ad te confugi : doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam : propter nomen tuum, Domine, vivificabis me in æquitate tua.

Educes de tribulatione animam meã : & in miſericordia tua diſperdes inimicos meos.

Et perdes omnes qui tribulant animam meam : quoniam ego ſervus tuus ſum.

*Antiphona.* Ne reminiſcaris, Domine, delicta famuli tui (famulæ tuæ) neque vindictam ſumas de peccatis illius. Parce Domine, parce ſervo tuo (ancillæ tuæ) quem (quam) redemiſti pretioſo Sanguine tuo, ne in æternùm iraſcaris ei.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon. Chriſte audi nos.
Pater de Cœlis Deus, Miſerere ei.
Fili Redemptor mundi Deus, Miſerere ei.
Spiritus ſancte Deus, Miſerere ei.
Sancta Trinitas unus Deus, Miſerere ei.
Sancta Maria, ora pro eo ( ea. )
Sancta Dei Genitrix, ora.
Sancta Virgo Virginum, ora.
Sancte Michaël, ora.
Sancte Gabriël, ora.
Sancte Raphaël, ora.
Omnes ſancti Angeli & Archangeli Dei, orate pro eo. ( ea. )
Omnes ſancti Throni & Dominationes,
Omnes ſancti Principatus, Poteſtates & Virtutes,
Sancti Cherubin & Seraphin,
Omnes ſancti Prophetæ & Patriarchæ,
Omnes ſancti Apoſtoli & Evangeliſtæ,
Omnes ſancti Martyres & Confeſſores,

} Orate pro eo ( ea. )

Omnes ſancti Monachi & Eremitæ,
Omnes ſancti Anachoretæ,
Omnes ſanctæ Virgines & Viduæ,
Omnes ſancti Infantes,
Omnes ſancti Innocentes,
Omnes ſancti Pœnitentes & Confitentes,
Omnes ſancti & ſanctæ Dei,
} Orate pro eo ( ea. )

Propitius eſto, Libera eum ( eam ) Domine,

Ab omni malo, Libera.
Ab inſidiis diaboli, Libera.
A morte perpetua, Libera.
A vinculis diaboli, Libera.
Ab omni languoris moleſtia, Libera.
Per Incarnationem & Nativitatem tuam, Libera.
Per Paſſionem, Crucem & Mortem tuam, Libera.
Per glorioſam Reſurrectionem & admirabilem Aſcenſionem tuam, Libera.
Per adventum Spiritûs Sancti Paracleti, Libera.
In die Judicii, Libera.
Peccatores, Te rogamus, audi nos.
Ut infirmum iſtum ( infirmam iſtam )

viſitare & confortare digneris,
Ut ei vitam & ſanitatem donare digneris,
Ut ei pacem & animæ & corporis donare digneris,
Ut ei ſpatium & locum pœnitentiæ dones,
Ut omnes cogitationes pravas ab eo (ea) auferre digneris,
Ut illicitas voluptates ab eo (ea) repellere digneris,
Ut pœnitentiam & remiſſionem omnium peccatorum ſuorum ei donare digneris,
Ut hunc famulum tuum (hanc famulam tuam) à lecto ægritudinis erigere tuâ potentiâ digneris,
Ut inſidias diaboli evincat,
Ut fidem, ſpem & charitatem ei augeas,
Ut fontem lachrymarum ei dones,
Ut ad gaudia æterna perducas,
Ut nos exaudire digneris,
Fili Dei,

Te rogamus, audi nos.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi;
Exaudi nos, Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi
Parce ei, Domine.
Agnus Dei qui tollis peccata mundi,
Miſerere nobis.
Chriſte, audi nos. Kyrie eleiſon.
Chriſte eleyſon. Pater noſter.....
Et ne nos....
Ego dixi, Domine, miſerere mei.
℟. Sana animam meam, quia peccavi tibi
Salvum fac ſervum tuum ( ſalvam fac ancillam tuam.) ℟. Deus meus ſperantem in te.
Convertere, Domine, uſquequò.
℟. Et deprecabilis eſto ſuper ſervum tuum ( ancillam tuam.)
Dominus conſervet eum ( eam ) & vivificet eum (eam) ℟. Beatum (Beatam ) faciat eum ( eam ) in terra, & non tradat eum ( eam ) in animam inimicorum ejus.
Mitte ei, Domine, auxilium de ſancto
℟. Et de Sion tuere eum ( eam. )
Nihil proficiat inimicus in eo (ea.) ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
Redde illi lætitiam ſalutaris tui.
℟. Et ſpiritu principali confirma eum ( eam. )

Ne projicias eum ( eam ) à facie tua.
℟ Et Spiritum Sanctum tuum ne auferas ab eo ( ea. )

Delicta juventutis ejus & ignorantias ejus. ℟. Ne memineris, Domine.

Eſto illi, Domine, turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.

Exurge, Domine, adjuva eum (eam.)
℟. Et libera eum ( eam ) propter nomen ſanctum tuum.

Domine, exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

*Oremus.*

DEus, qui famulo tuo Ezechiæ ter quinos annos ad vitam donaſti: ita hunc famulum tuum ( hanc famulam tuam ) à lecto ægritudinis tua potentia erigat ad ſalutem. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

REſpice, Domine, famulum tuum ( famulam tuam ) in infirmitate ſui corporis laborantem, & animam refove quam creaſti, ut caſtigationibus emendatus (emendata) continuò ſe ſen-

fiat tuâ medicinâ ſanatum ( ſanatam. ) Per Chriſtum Dominum noſtrum.

DEus, qui creaturæ tuæ pio ſemper dominaris affectu, inclina aurem tuam ſupplicationibus noſtris, & famulum tuum ( famulam tuam ) diverſâ imbecillitate corporis laborantem placatus reſpice, viſita atque defende in ſalutari tuo, & ei cœleſtis gratiæ præſta medicinam. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

DEus, qui humano generi ſalutis remedia & vitæ æternæ munera contuliſti, conſerva huic famulo tuo ( huic famulæ tuæ) tuarum dona virtutum, & concede, ut medelam tuam non ſolùm in corpore, ſed etiam in anima ſentiat. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

*Hic ponat Sacerdos manum ſuper caput Infirmi, dicendo*:

VIrtutum cœleſtium Deus, qui ab humanis corporibus omnem languorem & omnem infirmitatem tuâ poteſtate depellis : adeſto propitius famulo tuo ( famulæ tuæ ) ut fugatis infirmitatibus & viribus revocatis per no-

men ſanctum tuum, inſtauratam protinùs percipiat ſanitatem. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

DEus humani generis benigniſſime conditor, miſericordiſſime reformator, qui hominem invidiâ diaboli ab æternitate dejectum, unici Filii tui ſanguine redemiſti: vivifica hunc famulum tuum (hanc famulam tuam) quem (quam) tibi nullatenus mori deſideras, & qui non derelinquis deviantem, aſſume correptum (correptam.) Moveant pietatem tuam, Domine, hujus famuli tui (famulæ tuæ) lachrymoſa ſuſpiria, tu ejus medere vulneribus, tu jacenti manum porrige ſalutarem, ne Eccleſia tua aliquâ ſui corporis portione vaſtetur, ne grex tuus detrimentum ſuſtineat, ne de familiæ tuæ damno inimicus exultet, ne renatum lavacro ſalutari mors ſecunda poſſideat. Tibi ergo, Domine, ſupplices preces & fletum cordis effundimus, tu parce confitenti, ut ſic in hac mortalitate, peccata ſua te adjuvante defleat, quatenus in tremendi judicii die ſenten-

tiam damnationis æternæ evadat, & neſciat quod terret in tenebris, quod ſtridet in flammis, atque ab erroris via ad iter reverſus (reverſa) juſtitiæ novis nequaquam ultrà vulneribus fauciétur, ſed integrum ſit ei atque perfectum, ut quod ei tua gratia contulit, hoc miſericordia reformetur. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

*Sacerdos hìc imaginem Crucifixi infirmo exhibeat oſculandam, & dicat:*

Dominus vobiſcum. *R.* Et cum ſpiritu tuo.

*Oremus.*

OMnipotens ſempiterne Deus, qui per beatum Apoſtolum tuum Jacobum dixiſti: Infirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros Eccleſiæ & orent ſuper eum, ungentes eum Oleo ſancto, in nomine Domini, & Oratio Fidei ſalvabit Infirmum; & alleviabit eum Dominus; & ſi in peccatis ſit, dimittentur ei: te ſuppliciter exoramus, ut hic famulus tuus (hæc famula tua) per miniſterium noſtræ unctionis, & donum tuæ ſanctæ pietatis peccatorum

ſuorum veniam conſequi, & ad æternam vitam pervenire mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

*Hic Sacerdos linum vel ſtuppam duobus extremis digitis dextræ manûs circumvolvat; & accepto vaſculo ſancti Olei manu ſiniſtrâ pollicem manûs dextræ Oleo intingat; & intincto ſic pollice, infraſcriptas corporis Infirmi partes, proferendo formæ Sacramentalis verba, inungat; & unctione factâ ſtatim unamquamque partem inunctam ſtuppâ ſic digitis circumvolutâ tergat.*

*Accipiendo ergo linum vel ſtuppam & digitis obvolvendo, dicat:*

IN Nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti, profit tibi hæc unctio Olei ſanctificati ad purificationem mentis & corporis, & omnium abſolutionem culparum, ad munimen & defenſionem contra jacula immundorum ſpirituum, cuſtodiatque Jeſus-Chriſtus, & perducat te in vitam æternam. Amen.

*Deinde dicat:*

Pax tecum. R. Et cum ſpiritu tuo.

In Nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti. Amen.

Accipe ſanitatem. Amen.

*Ad oculos, primò dextrum, deinde ſiniſtrum, unctionem faciat per modum Crucis, proferendo verba formæ.*

Per iſtam † unctionem, & ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi Dominus quicquid deliquiſti per viſum. Amen.

*Ad aures, dextram & ſiniſtram.*

Pax tecum. R. Et cum ſpiritu tuo.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti. Amen.

Accipe ſanitatem. Amen.

Per iſtam unctionem, & ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi Dominus quicquid deliquiſti per † auditum. Amen.

*Ad nares, ſuper naſi extremitatem.*

Pax tecum. R. Et cum ſpiritu tuo.

In Nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti. Amen.

Accipe ſanitatem. Amen.

Per iſtam unctionem, & ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi Do-

minus quicquid deliquiſti per † olfactum. Amen.

*Ad os, ſub labio inferiori, & convenit labia eſſe compreſſa.*

Pax tecum. R. Et cum ſpiritu tuo.

In Nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti. Amen.

Accipe ſanitatem. Amen.

Per iſtam † unctionem, & ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi Dominus quicquid deliquiſti per guſtum & illicitum ſermonem. Amen.

*Ad pectus.*

Pax tecum. R. Et cum ſpiritu tuo.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti. Amen.

Accipe ſanitatem. Amen.

Ungo pectus tuum de Oleo ſancto; in nomine Patris, † & Filii, & Spiritûs Sancti, obſecrans miſericordiam ipſius unius Dei ac Domini noſtri, ut fugatis omnibus doloribus, vel incommoditatibus univerſis, per hujus virtutem myſterii, divinæ miſerationis gratiam te adeptum eſſe gaudeas. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

*Ad manus, dextram & ſiniſtram, quas interiùs inunges, niſi Sacerdos ſit; hujus enim exteriores partes inungendæ ſunt, eò quòd palma in Conſecratione ab Epiſcopo inuncta ſit.*

Pax tecum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti. Amen.

Accipe ſanitatem. Amen.

Per iſtam unctionem, & ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi Dominus quicquid deliquiſti per † tactum. Amen.

*Ad pedes, dextrum & ſiniſtrum, non in planta, ſed deſuper inungendo.*

Pax tecum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti. Amen.

Accipe ſanitatem. Amen.

Per iſtam unctionem, & ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi Dominus quicquid deliquiſti per † inceſſum. Amen.

Pax tecum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti, ſit tibi unctio Olei ſanctifi-

cati ad purificationem mentis & corporis, & ad munimen & defenſionem contra jacula immundorum ſpirituum. Amen.

*His peractis, Sacerdos manus lavet, & maxime pollicem, quem Oleo intinxit, ſale, vel micis panis confricet, & ablutio cum ſtuppis, vel lino, in ignem conjiciatur, vel in aquam fluentem. Deinde Sacerdos aſſumpto rursus Vaſculo ſacri Olei oret & Infirmo benedicat, dicendo:*

PRopitietur Dominus cunctis iniquitatibus tuis, & ſanet omnes languores tuos, redimatque de interitu vitam tuam, & ſatiet in bonis omnibus deſiderium tuum. Qui ſolus in Trinitate perfecta vivit & regnat Deus per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Dominus Jeſus-Chriſtus apud te ſit † ut te defendat. Amen.

Intra te ſit † ut te reficiat. Amen.

Circa te ſit † ut te conſervet. Amen.

Ante te ſit † ut te deducat. Amen.

Poſt te ſit † ut te juſtificet. Amen.

Super te ſit † ut te benedicat. Amen.

Qui cum Patre & Spiritu Sancto vivit

& regnat Deus per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

*Prima Benedictio.*

BEne- † dicat te Deus Pater. Amen. Sanet te Dei † Filius. Amen. Illuminet te Spiritus † Sanctus. Amen. Animam tuam ſalvet. Amen. Corpus tuum cuſtodiat. Amen. Cor tuum irradiet. Amen. Senſum tuum dirigat. Amen. Et ad ſupernam vitam te perducat. Amen. Ibique te ſecum conregnare faciat per æterna ſæcula ſæculorum. Amen.

*Secunda Benedictio.*

BEne- † dicat te Deus Pater, qui in principio cuncta creavit. Amen. Bene- † dicat te Dei Filius, qui de ſupernis ſedibus pro nobis Salvator deſcendit. Amen. Bene- † dicat te Spiritus Sanctus, qui in ſimilitudine columbæ in flumine Jordanis requievit in Chriſto Amen. Ipſe te in Trinitate ſanctificet, quem omnes gentes venturum expectant ad judicium. Qui cum eodem Patre in unitate Spiritûs Sancti vivit &

regnat Deus per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

*Tertia Benedictio.*

BEne- † dicat te Deus Pater omnipotens. Amen.

Cuſtodiat † te Jeſus-Chriſtus. Amen.

Illuminet † te Spiritus Sanctus omnibus diebus vitæ tuæ. Amen.

Confirmet te virtus Chriſti. Amen.

Indulgeat tibi Dominus Jeſus-Chriſtus univerſa delicta tua, per æterna ſæcula ſæculorum. Amen.

Bene- † dictio Dei Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti deſcendat ſuper te, & maneat ſemper.

*His peractis manu Crucem tenens, brevi exhortatione Infirmum conſoletur, his aut ſimilibus verbis.*

MOn Frere (ou *ma Sœur*, ou *Monſieur, ſelon la qualité de la perſonne.*) *aprés que Dieu vous a fait la grace de recevoir tous vos Sacremens, qui eſt tout ce que peuvent déſirer tous les vrais Chrétiens prêts à partir de ce monde; il ne reſte plus, qu'à vous réſigner du tout*

*entre les bras de ſa bonté & miſéricorde, ſans plus penſer à autre choſe qu'à la mort & Paſſion de Notre Sauveur & Rédempteur Jeſus-Chriſt, de laquelle je vous préſente la figure & remembrance, ſuivant la ſainte & louable coûtume de notre Mere la ſainte Egliſe : afin qu'en voyant ce vénérable & très-ſaint ſigne, il vous ſouvienne de ce qu'il a ſouffert en l'arbre de la Croix pour vous, & de la charité abondante qu'il vous a portée juſques à l'effuſion de la derniere goutte de ſon Sang précieux. Elevez donc les yeux de votre eſprit, & penſez ici voir votre Sauveur ayant le chef abaiſſé pour vous baiſer, les bras étendus pour vous embraſſer, le corps & les membres enſanglantés pour vous racheter & ſauver. Ayez ſa mémoire toûjours gravée en votre cœur, comme vous le voyez attaché en la Croix pour votre rédemption. Priez-le en toute humilité, & d'une ardente affection, que ſon Sang ne ſoit pas en vain répandu pour vous, & qu'il lui plaiſe par les mérites de ſa Mort & de ſa très-ſainte Paſſion vous octroyer pardon de toutes vos fautes*

*&*

*& péchés, & finalement recevoir votre ame entre ſes mains, quand il lui plaira la retirer de ce monde. Ainſi ſoit-il.*

*Tunc Crucem Infirmo ( Infirmæ ) porrigat oſculandam, deinde illam in loco aliquo eminentiore collocet, ut ab Ægroto facilè conſpici queat. Et poſtquam illum ( illam ) & adſtantes Aquâ benedictâ aſperſerit, amicè valedicendo, & abiens dicat:*

*Dieu demeure avec vous.*

---

Dévotes Proteſtations, que doit faire la Perſonne malade, ſi elle peut; ou ſi elle ne pouvoit pas, le Prêtre, ou quelqu'autre les fera pour elle, avant l'Extrême-Onction, ou après, ſelon la commodité, en la préſence du Malade.

*AU Nom de la Très-Sainte Trinité, moi N. N. malheureux & miſérable pécheur, je proteſte en votre préſence, ô ſaint Ange de Dieu, de vouloir abſolument mourir en l'Egliſe Catholique, Apoſtolique & Romaine, en laquelle ſont morts tous les Saints qui ont été juſques à pré-*

*ſent, & hors de laquelle il n'y a point de ſalut. Inſpirez-moi ces ſentimens à l'article de la mort.*

*Je proteſte encore, ô mon cher Ange, que ſous votre garde & votre protection, je veux ſortir de cette vie, avec une grande confiance en votre ſecours, & avec une pleine & entiere eſperance en la miſéricorde de Dieu. Combattez les ennemis de mon ſalut à ce moment, recevez mon ame à la ſortie de ſon corps, rendez-moi mon Jeſus favorable après la mort.*

*Je proteſte pareillement, que je demande du plus intime de mon cœur, de participer aux mérites du Sang de mon Jeſus. Je déteſte tous les péchés que j'ai commis par œuvres, par penſées, & par paroles; je pardonne à tous mes ennemis, je veux mourir en ſerrant la Croix ſur mon cœur, pour dire que je fonde mes eſperances ſur les mérites de celui qui l'a teinte de ſon Sang.*

*Je proteſte auſſi, ô mon Ami très fidele, qui ne m'abandonnerez pas en ce dernier paſſage, que dans le déſir que j'ai d'aller au Ciel, je ſuis prêt de ſouffrir*

*tout ce qu'il plaira à la juſtice de mon Dieu. Me voilà prêt de tout quitter; mes parens, mes amis, & mon corps pour être mangé des vers, & pour reſſuſciter un jour. Me voilà prêt de ſouffrir les plus grands maux, les plus fâcheuſes maladies, les peines mêmes du Purgatoire, pour ſatisfaire à l'énormité de mes péchés.*

*Je proteſte enfin, ô mon très-cher & très vigilant Guide, que je vous conſtitue le Procureur de la derniere volonté de mon ame Dites à Jeſus, à ce moment, ce que peut-être je ne pourrai pas dire: que je crois tout ce que l'Egliſe croit, que je déteſte toutes mes impuretés & autres péchés, parce qu'ils lui déplaiſent; que je les jette dans ſon cœur amoureux; que j'eſpere dans ſa miſéricorde; que je meurs volontiers, parce qu'il le veut ainſi; que je recommande ma pauvre ame entre ſes mains; que je l'aime plus que toutes les créatures, & que je le veux aimer en toute éternité. Ainſi ſoit-il.*

DE

# CURA ET VISITATIONE INFIRMORUM.

INterim non deſinat ſæpius Infirmum viſitare, donec Deo animam reddiderit. Et frequenter populum admoneat, maximam curam haberi oportere ægrotantium, præſertim eorum qui morti vicini ſunt, quibus vetet ullam fieri mentionem uxoris, liberorum, domeſticorum, & omnium rerum humanarum, niſi fortè id ſaluti Infirmorum conducere videretur. Conſulat autem, ut Infirmis adhibeantur perſonæ devotæ, quæ in anguſtiis mortis poſitos orationibus, vel ſuavi exhortatione, vel certè lectione Pſalmorum ad hoc accommodatorum, vel Paſſionis Dominicæ, vel vitæ alicujus Sancti lectione, vel recitatione conſolentur, & adjuvent in hunc aut ſimilem modum.

℣. Pax huic domui. ℟. Et omnibus habitantibus in ea.

Mox Infirmum, & lectum ejus, &

cubiculum aſpergat Aquâ benedictâ, dicens Antiphonam.

Aſperges me, Domine, Hyſſopo, & mundabor : lavabis me, & ſuper nivem dealbabor.

Deinde erga Infirmum officium ſuum præſtet, eâ honeſtate & gravitate, ut non ægris ſolùm, ſed & ſibi & domeſticis, ac adſtantibus verbo, & exemplo profit ad ſalutem.

Ac præſertim eorum curam gerat, qui humanis auxiliis deſtituti, providi, ac benigni Paſtoris opem requirunt. Quibus ſi non poteſt ſuccurrere ipſe de ſuo, per publicas, vel privatas collectas, & eleemoſynas provideri curabit.

Sed ſpiritualem eorum ſalutem curabit, ut eos in via ſalutis dirigat, atque ab inſidiis diaboli defendat : hortando ut in Deo ſpem omnem ſuam reponant, peccatorum ſuorum veniam, & miſericordiam à Deo implorent, infirmitatis moleſtias, veluti paternam Dei viſitationem patienter ferant, & ad ſalutem ſuam proveniſſe credant, ut vitam moreſque ſuos meliùs inſtituant.

Proponet etiam Ægrotanti, prout ejus conditio feret, breves orationes, & pias mentis ad Deum excitationes, opportunè tamen & diſcretè, ne Ægroto nimiâ prolixitate & inſtantiâ, afferatur tædium & moleſtia : ſed potiùs conſolatio & levamen.

Videbit denique Sacerdos, quibus potiſſimum tentationibus, aut pravis opinionibus æger ſit ſubjectus, eique, prout opus fuerit, apta remedia prudenter adhibebit.

Si morbus gravior, vel cum periculo fuerit, ægroto ſuadeat, ut dum integrâ mente eſt, rem ſuam omnem rectè conſtituat, & teſtamentum faciat; ſi quid habeat alienum reſtituat, & ad remedium animæ ſuæ, pro facultatibus, quod ei in Domino placuerit, diſponat : ſed hæc ſuggerendo, omnis avaritiæ nota caveatur.

*Sequentes Preces omnes, vel ex parte, prout tempus, & ægrotorum conditio feret, arbitrio Sacerdotis dici vel omitti poſſunt.*

*Pſalmus* 90.

QUi habitat in adjutorio Altiſſimi: in protectione Dei Cœli commorabitur.

Dicet Domino: Suſceptor meus es tu, & refugium meum: Deus meus, ſperabo in eum.

Quoniam ipſe liberavit me de laqueo venantium: & à verbo aſpero.

Scapulis ſuis obumbrabit tibi: & ſub pennis ejus ſperabis.

Scuto circumdabit te veritas ejus: non timebis à timore nocturno.

A ſagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris: ab incurſu & dæmonio meridiano.

Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis: ad te autem non appropinquabit.

Verùmtamen oculis tuis conſiderabis: & retributionem peccatorum vìdebis.

Quoniam tu es, Domine, ſpes mea: altiſſimum poſuiſti refugium tuum.

Non accedet ad te malum: & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

Quoniam Angelis ſuis mandavit de te: ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis.

In manibus portabunt te: ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.

Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis: & conculcabis leonem & draconem.

Quoniam in me ſperavit, liberabo eum: protegam eum, quoniam cognovit nomen meum.

Clamabit ad me, & ego exaudiam eum: cum ipſo ſum in tribulatione: eripiam eum, & glorificabo eum.

Longitudine dierum replebo eum: & oſtendam illi ſalutare meum.

Gloria Patri. &c.

*Poſteà dicat*: Kyrie eleyſon. Chriſte eleyſon. Kyrie eleyſon. Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Salvum fac

ſervum tuum. ( Salvam fac ancillam tuam.) R. Deus meus ſperantem in te. V. Mitte ei, Domine, auxilium de Sancto. R. Et de Sion tuere eum. (eam.) V. Nihil proficiat inimicus in eo. (ea.) R. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. V. Eſto ei, Domine, turris fortitudinis. R. A facie inimici. V. Domine, exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat. V. Dominus vobiſcum. R. Et cum ſpiritu tuo.

*Oremus.*

DEus, cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere, ſuſcipe deprecationem noſtram, ut nos, & hunc famulum tuum (hanc ancillam tuam) quos delictorum catena conſtringit, miſeratio tuæ pietatis clementer abſolvat.

DEus infirmitatis humanæ ſingulare præſidium, auxilii tui ſuper Infirmum famulum tuum, (Infirmam famulam tuam,) oſtende virtutem, ut ope miſericordiæ tuæ adjutus, (adjuta,) Eccleſiæ tuæ ſanctæ incolumis repræſentari mereatur.

COncede hunc famulum tuum ; (hanc famulam tuam) quæſumus Domine Deus, perpetuâ mentis & corporis ſanitate gaudere, & glorioſâ Beatæ Mariæ ſemper Virginis interceſſione, à præſenti liberari triſtitiâ, & æternâ perfrui lætitiâ.

DEus qui miro ordine Angelorum miniſteria, hominumque diſpenſas, concede propitiùs, ut à quibus tibi miniſtrantibus in Cœlo ſemper aſſiſtitur, ab his in terra vita noſtra muniatur.

VIſita, quæſumus Domine, habitationem iſtam, & omnes inſidias inimici ab ea longè repelle; Angeli tui ſancti habitent in ea, qui nos in pace cuſtodiant, & benedictio tua ſit ſuper nos ſemper. Per Chriſtum Dominum noſtrum. R. Amen.

Benedictio Dei omnipotentis, Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti † deſcendat ſuper vos, & maneat ſemper. R. Amen.

*Qui ſequuntur Pſalmi & Evangelia, poterunt ſimiliter, pro Sacerdotis arbitrio, recitari.*

*Pſalmus.* 6. Domine, ne in furore tuo, &c Gloria Patri, &c. *pag.* 35. Dominus vobiſcum. *R.* Et cum ſpiritu tuo. Sequentia ſancti Evangelii ſecundùm Matthæum. *R.* Gloria tibi, Domine.

IN illo tempore. Cùm introïſſet Jeſus Capharnaum, acceſſit ad eum Centurio, rogans eum, & dicens: Domine, puer meus jacet in domo paralyticus, & malè torquetur. Et ait illi Jeſus: Ego veniam, & curabo eum. Et reſpondens Centurio, ait: Domine, non ſum dignus ut intres ſub tectum meum, ſed tantùm dic verbo, & ſanabitur puer meus. Nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites, & dico huic: Vade, & vadit; & alii: Veni, & venit; & ſervo meo: Fac hoc, & facit. Audiens autem Jeſus miratus eſt, & ſequentibus ſe dixit: Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Iſraël. Dico autem vobis, quod multi ab Oriente & Oc-

cidente' venient, & recumbent cum Abraham, & Iſaac, & Jacob in Regno Cœlorum. Filii autem Regni ejicientur in tenebras exteriores : ibi erit fletus, & ſtridor dentium. Et dixit Jeſus Centurioni : Vade, & ſicut credidiſti, fiat tibi. Et ſanatus eſt puer in illa hora.

*Oremus.*

OMnipotens ſempiterne Deus, ſalus æterna credentium, exaudi nos pro Infirmo famulo tuo, ( Infirma famula tua, ) pro quo, ( qua, ) miſericordiæ tuæ imploramus auxilium, ut redditâ ſibi ſanitate, gratiarum tibi in Eccleſia tua referat actiones. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

*Pſ.* Beati quorum remiſſæ, &c. *pag.* 34. Gloria Patri, &c. *V.* Dominus vobiſcum. *R.* Et cum ſpiritu tuo

Sequentia ſancti Evangelii ſecundùm Lucam. *R.* Gloria tibi, Domine.

IN illo tempore : Surgens Jeſus de Synogoga introivit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus : & rogaverunt illum pro ea. Et ſtans ſuper illam imperavit

ravit febri, & dimiſit illam, & continuò ſurgens miniſtrabat illis. Cum autem Sol occidiſſet, omnes qui habebant Infirmos variis languoribus, ducebant illos ad Jeſum. At ille ſingulis manus imponens, curabat eos.

*Oremus.*

DOmine ſanćte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui fragilitatem humanæ conditionis, infusâ virtutis tuæ dignatione confirmas, ut ſalutaribus remediis pietatis tuæ corpora noſtra, & mentes vegetentur, ſuper hunc Infirmum, (hanc Infirmam,) propitius intende: ut omni neceſſitate corporeæ infirmitatis excluſâ, gratia in eo priſtinæ ſanitatis perfećtè reſtauretur. Per Chriſtum. R. Amen.

*Deinde ſeriò Sacerdos notet, tempore peſtilentiæ, vel aliàs occurrente gravi neceſſitate, poſſe Preces præmiſſas, vel in toto, vel in parte intermitti, & ſtatim in ingreſſu domûs benedićtione datâ, poſſe ad unćtiones & ad ipſam Sacramenti formam procedi, quibus peraćtis, poterit, datâ In-*

*firmo benedictione & brevi aliquâ & ſalutari admonitione, domo abſcedere, & ad Eccleſiam redire.*

## *RATIO Infirmos & Eos qui morti ſunt proximi, adjuvandi, inſtruendi, ac conſolandi.*

COnſidera, Frater chariſſime, omnibus, cujuſcumque ſint conditionis & ſtatûs, conſtitutum eſſe ſemel mori, aliis tardiùs, aliis citiùs, ſecundùm curſum durationis, quem à Deo acceperunt: cujus potentiſſimæ manui omnes ſumus ſubditi, ut naturæ debitum ſolvamus, cùm Domino Deo noſtro viſum fuerit, qui in hoc mundo commorandi dedit nobis diverſorium, non habitandi. Non eſt ergo cur vitam iſtam tanto ſtudio deſideres, in qua ſæpe, quantò ampliùs vivitur, tantò plus peccatur; quantò eſt longior, tantò culpâ major: quotidie enim creſcunt mala, & ſubtrahuntur bona. Itaque tibi potiùs eſt gaudendum quòd per hanc mortem, ex vita hac temporali & miſera ad vi-

tam æternam, beatamque commigres.

2. Agnoſce, dilectiſſime Frater, cum gratiarum actione, beneficia in te à Deo collata, quòd tibi hactenus, etiam in extrema vitæ tuæ periodo, ſui cognitionem benignè indulſerit; quòd morte repentinâ te opprimi noluerit; quòd te creaturam ſuam, per orthodoxæ fidei religionem, ad cœleſtem hæreditatem miſericorditer vocaverit. De his & aliis innumeris beneficiis Domino Deo noſtro habe gratiam, ad inexhauſtam ejus miſericordiam confugiens, & de peccatis tuis veniam humiliter poſtulans.

3. Conſidera, Frater, quòd Deus Pater filium ſuum dilectum inſontem & innoxium, in quo ſibi benè complacuit, pro nobis miſeris peccatoribus tot & tantas tribulationes ſuſtinere voluit, unde cùm in vitæ tuæ excurſu multa peccata commiſeris, pro quibus pœnas his longè acerbiores commeruiſti: hujus morbi & mortis dolorem patienter tolerare debes, Deum humiliter rogans, ut præſens dolor tibi va-

leat ad peccatorum tuorum remiſſionem ; & purgatorii horribiles cruciatus in iſtam afflictionem tuam , per ſuam miſericordiam commutet ; & pro pœnis futuris det tribulationes præſentes, quæ nullæ ſunt ad futuras. Quod ſi contrito corde petieris, pœnam neceſſariam tanquam voluntariam feres, & purgatorium tuum facies hic in mundo , videlicet has pœnas alioqui neceſſarias , quas nullâ ratione poſſes evitare, pro peccatis tuis ſolvendo. Patienter mortem toleraverunt Chriſtus & Martyres : quicquid in carne toleras, levius eſſe credas eorum tormento. Velis, nolis, morieris : fac igitur de neceſſitate virtutem , ut dum tributum naturæ perſolveris, apud Deum invenias meritum.

*His quoque interrogationibus, ſaluti morientium conſuli poterit.*

1. NOnne vis , Frater chariſſime, & vivere , & mori , in ſoliditate fidei Jeſu-Chriſti, tanquam verus Chriſtianus ? ℞. Volo.

2. Nonne petis à Deo veniam pec-

catorum, quæ commiſiſti contra ejus ſummam Majeſtatem, & quòd eum condignè non honoraſti? *R.* Peto.

3. Nonne tibi deliberatum eſt, vitam tuam in melius commutare, ſi tibi incolumi ab hoc morbo liberari detur? *R.* Eſt deliberatum.

4. Nonne Deum rogas, ſuâ bonitate tibi hanc gratiam indulgere, ut ab hoc ſancto propoſito non deflectas: ſed cum peccatorum tuorum contritione, ſemper in bonis operibus proficias? *R.* Rogo.

5. Num es tibi conſcius alicujus peccati, de quo Sacerdoti velis confiteri? *R.* Non ſum.

6 Nonne de peccatis oblitis libens confitereris, ſi in mentem venirent? *R.* Confiterer.

7. Nonne deſideras cor tuum à Deo illuminari, ut oblita peccata in memoriam revoces, & de iis confitearis? *R.* Deſidero.

8. Nonne ex animo omnibus parcis, qui tibi quoquo modo fuerunt moleſti? *R.* Parco.

9. Nonne omnibus veteribus inimicitiis, ex tuo expunctis animo, cum inimicis paratus es in gratiam redire? *R.* Sum paratus.

10. Nonne ab iis veniam poſtulas, quos aliquando dictis aut factis offendiſti? *R.* Poſtulo.

11. Nonne vis omnia à te ablata reſtitui? *R.* Volo.

12 Nonne omnem quem pateris dolorem, propter Deum æquo animo toleras? *R.* Tolero.

*Orationes breves in morte dicendæ.*

SUſcipe me, Domine, ſecundùm eloquium tuum, & vivam, & non confundas me ab expectatione mea: & quæ eſt expectatio mea, nonne Dominus?

Ne projicias me, Domine, in tempore ſenectutis, cùm defecerit virtus mea, ne derelinquas me.

Delicta juventutis meæ, & ignorantias meas ne memineris, Domine.

Ab occultis meis munda me, Domine: & ab alienis parce ſervo tuo.

Domine Jeſu, ſuſcipe ſpiritum meum.

Jeſu bone, miſericordiarum Pater, & Deus totius conſolationis, miſericordiam fac mihi pauperculæ creaturæ tuæ.

Deus refugium & virtus, adjuva me in hac extrema neceſſitate, ſuccurre animæ egenti & deſolatæ, ut non à canibus infernalibus devoretur.

Dulciſſime Domine Jeſu-Chriſte, ob honorem & virtutem tuæ benedictæ Paſſionis, jube me adſcribi in numerum electorum tuorum.

Domine Jeſu-Chriſte, Fili Dei vivi, pone Paſſionem, Crucem & Mortem tuam inter judicium & animam meam.

Creator & Redemptor meus Jeſu-Chriſte, totum me tibi dedo, non me renuas; ad te venio, non me repellas.

Nunc, Domine, ſecundùm voluntatem tuam fac mecum miſericordiam tuam, & præcipe in pace recipi ſpiritum meum.

Sonet in mentis meæ auribus vox illa dulcis: Hodie mecum eris in Paradiſo.

In manus tuas, Domine, commendo ſpiritum meum.

Nunc dimittis ſervum tuum, Domine, &c.

Non intres in judicium cum ſervo tuo, Domine

*Deinde ſalutet Virginem Deiparam, dicens:*

Maria Mater gratiæ, mater miſericordiæ: tu nos ab hoſte protege, & horâ mortis ſuſcipe.

*Angelos deinde precibus invitet, dicens:*

Spiritus Cœlorum, Angeli beatiſſimi, aſſiſtite, quæſo, mihi migranti ex hoc ſæculo, & potenter eripite me ab immundorum ſpirituum inſidiis, & animam meam in veſtrum conſortium aſſumite: Tu præcipuè, Angele bone, cuſtos meus.

*Poſtremò Sanctos & Sanctas, quos ſingulari obſervantiâ coluit, precibus ad auxilium ſuum invitet, dicens:*

O glorioſiſſime Sancte N., (*vel* Sancta N.,) in te ſpem & confidentiam, mihi apud Deum patrocinandi, dum viverem collocavi; nunc maximè, ſi unquam aliàs, tuo eſt mihi opus auxilio: ſuccurre igitur, & in adjutorium meum intende, in hoc extremæ neceſſitatis articulo, ora Salvatorem, qui non vult mortem peccatoris, ut tem-

peſtivum jam exitum non differat, ſed cuſtodiat : tuis cura munire ſuffragiis calcaneum nudum meritis ; ut is qui inſidiatur , invenire non poſſit unde figat dentem , & vulnus infligat.

*Cum ægrotus animam aget , Sacerdos ante exhalationem animæ , Litanias ſequentes cum adjunctis precationibus recitet. Exprimatur nomen Divi quo appellatur ægrotus.*

KYrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Chriſte , audi nos.
Sancta Maria , ora pro eo , (ea).
Omnes ſancti Angeli & Archangeli , orate pro eo , (ea).
Sancte Abel , ora.
Omnis Chorus juſtorum , ora.
Sancte Abraham , ora.
Sancte Joannes Baptiſta , ora.
Sancte Joſeph , ora.
Omnes ſancti Patriarchæ & Prophetæ , orate.
Sancte Petre , ora.
Sancte Paule , ora.
Sancte Andrea , ora.
Sancte Joannes , ora.

Omnes Sancti Apoſtoli & Evangeliſtæ, orate.
Omnes ſancti Diſcipuli Domini, orate.
Omnes ſancti Innocentes, orate.
Sancte Stephane, ora.
Sancte Laurenti, ora.
Omnes ſancti Martyres, orate.
Sancte Silveſter, ora.
Sancte Auguſtine, ora.
Omnes ſancti Pontifices & Confeſſores orate.
Sancte Benedicte, ora.
Sancte Franciſce, ora.
Omnes ſancti Monachi & Eremitæ, orate.
Sancta Maria Magdalena, ora.
Sancta Anna, ora.
Sancta Lucia, ora.
Omnes ſanctæ Virgines & Viduæ, orate.
Omnes Sancti & Sanctæ Dei, orate pro eo, (ea.)
Propitius eſto, Libera eum, (eam) Domine.
Ab ira tua, libera.
A mala morte, libera.
A periculo mortis, libera.

A pœnis inferni, libera eum, (eam,) Domine

| | |
|---|---|
| Ab omni malo, | Libera eum, (eam), Domine. |
| A poteſtate diaboli, | |
| Per Nativitatem tuam, | |
| Per Crucem & Paſſionem tuam, | |
| Per Mortem & Sepulturam tuam, | |
| Per glorioſam Reſurrectionem tuam, | |
| Per admirabilem Aſcenſionem tuam | |
| Per gratiam Spiritûs ſancti Paracleti, | |
| In die Judicii, | |

Peccatores, Te rogamus, audi nos.
Ut ei parcas, Te rogamus, audi nos.
Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.

*Deinde cùm in agone ſui exitûs anima anxiatur, dicantur ſequentes Orationes.*

PRoficiſcere, Anima Chriſtiana, de hoc mundo, in nomine Dei Patris omnipotentis, qui te creavit: In nomine Jeſu-Chriſti Filii Dei vivi, qui pro te paſſus eſt: In nomine Spiritûs Sancti, qui in te effuſus eſt. *R.* Amen. In

nomine Angelorum & Archangelorum: In nomine Thronorum & Dominationum : In nomine Principatuum & Poteſtatum : In nomine Cherubin & Seraphin : In nomine Patriarcharum & Prophetarum : in nomine ſanctorum Apoſtolorum & Evangeliſtarum: In nomine ſanctorum Martyrum & Confeſſorum : In nomine ſanctorum Monachorum & Eremitarum : In nomine Virginum, & omnium Sanctorum & Sanctarum Dei. R. Amen. Hodie ſit in pace locus ejus, & habitatio tua ſit in ſancta Sion. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. R. Amen.

*Oratio.*

DEus miſericors, Deus clemens, Deus, qui ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum, peccata pœnitentium deles, & præteritorum criminum culpas, veniâ remiſſionis evacuas : reſpice propitius ſuper hunc famulum tuum, (hanc famulam tuam) N. & remiſſionem ſibi omnium peccatorum ſu·rum, totâ cordis confeſſione poſcentem, deprecatus exaudi : re-

nova in eo, (ea), piiſſime Pater, quidquid terrenâ fragilitate corruptum, vel quidquid diabolicâ fraude violatum eſt, & unitati corporis Eccleſiæ, membrum redemptionis annecte. Miſerere, Domine, gemituum, miſerere lachrymarum ejus, & non habentem fiduciam, niſi in miſericordia tua, ad tuæ Sacramentum reconciliationis admitte. Per Chriſtum Dñm noſtrum. ℟. Amen.

COmmendo te omnipotenti Deo, chariſſime Frater, & ei, cujus es creatura, committo: ut cùm humanitatis debitum, morte interveniente perſolveris, ad Auctorem tuum, qui te de limo terræ formaverat, revertaris. Egredienti itaque animæ tuæ de corpore, ſplendidus Angelorum cœtus occurrat: Judex Apoſtolorum tibi ſenatus adveniat: candidatorum tibi Martyrum triumphator exercitus obviet: liliata rutilantium te Confeſſorum turba circumdet: jubilantium te Virginum chorus excipiat, & beatæ quietis in ſinu Patriarcharum te complexus adſtringat. Mitis atque feſtivus

Chriſti Jeſu tibi aſpectus appareat, qui te inter aſſiſtentes ſibi jugiter intereſſe decernat. Ignores omne quod horret in tenebris, quod ſtridet in flammis, quod cruciat in tormentis. Cedat tibi teterrimus Satanas cum ſatellitibus ſuis: in adventu tuo, te comitantibus Angelis contremiſcat, atque in æternæ noctis chaos immane diffugiat. Exurgat Deus & diſſipentur inimici ejus, & fugiant qui oderunt eum à facie ejus: ſicut deficit fumus, deficiant: ſicut fluit cera à facie ignis, ſic pereant peccatores à facie Dei, & juſti epulentur & exultent in conſpectu Dei. Confundantur igitur & erubeſcant omnes tartareæ legiones, & miniſtri ſatanæ iter tuum impedire non audeant. Liberet te à cruciatu Chriſtus, qui pro te crucifixus eſt. Liberet te à morte Chriſtus, qui pro te mori dignatus eſt. Conſtituat te Chriſtus, Filius Dei vivi, intra Paradiſi ſui ſemper virentia; & inter oves ſuas te verus ille Paſtor agnoſcat: ille ab omnibus peccatis tuis te abſolvat, atque ad dexteram ſuam in Electorum ſuorum

te ſorte conſtituat Redemptorem tuum facie ad faciem videas, & præſens ſemper manifeſtiſſimam beatis oculis aſpicias veritatem. Conſtitutus igitur inter agmina Beatorum contemplationis divinæ dulcedine potiaris in ſæcula ſæculorum. R. Amen. *Oratio.*

SUſcipe, Domine, ſervum tuum, (ancillam tuam,) in locum ſperandæ ſibi ſalvationis, à miſericordia tua. R. Amen.

Libera, Domine, animam ſervi tui, (ancillæ tuæ,) ex omnibus periculis Inferni, & de laqueis pœnarum, & omnibus tribulationibus. R. Amen.

Libera, Domine, animam ſervi tui, (ancillæ tuæ,) ſicut liberaſti Enoch & Eliam de communi morte mundi. R. Amen.

Libera, Domine, animam ſervi tui, (ancillæ tuæ,) ſicut liberaſti Noë de diluvio. R. Amen.

Libera, Domine, animam ſervi tui, (ancillæ tuæ,) ſicut liberaſti Abraham de Ur Chaldæorum. R. Amen.

Libera, Domine, animam ſervi tui,

( ancillæ tuæ, ) ſicut liberaſti Job de paſſionibus ſuis. *R* Amen.

Libera, Domine, animam ſervi tui, (ancillæ tuæ,) ſicut liberaſti Iſaac de hoſtia, & de manu Patris ſui Abrahæ. *R.* Amen.

Libera, Domine, animam ſervi tui, (ancillæ tuæ,) ſicut liberaſti Loth de Sodomis & de flamma ignis. *R.* Amen.

Libera, Domine, animam ſervi tui, (ancillæ tuæ, ) ſicut liberaſti Moyſen de manu Pharaonis, Regis Ægyptiorum. *R.* Amen.

Libera, Domine, animam ſervi tui, (ancillæ tuæ, ) ſicut liberaſti Danielem de lacu Leonum. *R.* Amen.

Libera, Domine, animam ſervi tui, (ancillæ tuæ, ) ſicut liberaſti tres pueros de camino ignis ardentis, & de manu Regis iniqui. *R* Amen.

Libera, Domine, animam ſervi tui, (ancillæ tuæ, ) ſicut liberaſti Suſannam de falſo crimine. *R.* Amen.

Libera, Domine, animam ſervi tui, (ancillæ tuæ, ) ſicut liberaſti David de manu Regis Saül, & de manu Goliæ. *R.* Amen.

Libera, Domine, animam ſervi tui, ( ancillæ tuæ, ) ſicut liberaſti Petrum & Paulum de carceribus. R Amen.

Et ſicut beatiſſimâm Theclam Virginem & Martyrem tuam, de tribus atrociſſimis tormentis liberaſti, ſic liberare digneris animam ſervi, ( ancillæ, ) hujus, & tecum facias in bonis congaudere cœleſtibus. E. Amen.

*Oratio.*

COmmendamus tibi, Domine, animam famuli tui, (famulæ tuæ,) N. precamurque te, Domine Jeſu-Chriſte, Salvator mundi, ut propter quam ad terram miſericorditer deſcendiſti, Patriarcharum tuórum ſinibus inſinuare non renuas. Agnoſce, Domine, creaturam tuam, non ex Diis alienis creatam, ſed à te ſolo Deo vivo, & vero: quia non eſt alius Deus præter te, & non eſt ſecundùm opera tua, Lætifica, Domine, animam ejus in conſpectu tuo, & ne memineris iniquitatum ejus antiquarum & ebrietatum quas ſuſcitavit furor, ſive fervor mali deſiderii. Licet enim peccaverit, tamen Patrem, &

Filium, & Spiritum ſanctum non negavit, ſed credidit, & zelum Dei in ſe habuit, & Deum qui fecit omnia, adoravit. *R* Amen.

*Oratio.*

DElicta juventutis, & ignorantias ejus, quæſumus, non memineris, Domine, ſed ſecundùm magnam miſericordiam tuam, memor eſto illius in gloria claritatis tuæ. Aperiantur ei Cœli, collætentur ei Angeli. In Regnum tuum, Domine, ſervum tuum (ancillam tuam,) ſuſcipe. Suſcipiat eum, (eam,) Sanctus Michaël Archangelus Dei, qui militiæ cœleſtis meruit principatum. Veniant illi obviam ſancti Angeli Dei, & perducant eum, (eam,) in Civitatem cœleſtem Hieruſalem. Suſcipiat eum, (eam,) Beatus Petrus Apoſtolus, cui à Deo claves Regni cœleſtis traditæ ſunt. Adjuvet eum, (eam,) S. Paulus, qui dignus fuit eſſe vas electionis. Intercedat pro eo, (ea,) ſanctus Joannes electus Dei Apoſtolus, cui revelata ſunt ſecreta cœleſtia: Orent pro eo, (ea,) omnes ſancti Apoſtoli, quibus

à Domino data eſt poteſtas ligandi atque ſolvendi. Intercedant pro eo, (ea,) omnes Sancti Dei, qui pro Chriſti nomine tormenta in hoc ſæculo ſuſtinuerunt, ut vinculis carnis exutus, (exuta,) pervenire mereatur ad gloriam Regni cœleſtis; præſtante Domino noſtro Jeſu-Chriſto, qui cum Patre & Spiritu Sancto vivit & regnat in ſæcula ſæculorum. R. Amen.

*Oratio ad Chriſtum de ſingulis articulis Paſſionis ejus, quæ dici poteſt exhibendo Imaginem Crucifixi oſculandam ipſi agonizanti.*

DEus, qui pro redemptione mundi voluiſti naſci, circumcidi, à Judæis reprobari, à Juda proditore oſculo tradi, vinculis alligari, ſicut agnus innocens ad victimam duci, conſpectibus Annæ, Caïphæ, Pilati & Herodis indecenter offerri, à falſis teſtibus accuſari, flagellis & opprobriis vexari, ſputis conſpui, ſpinis coronari, colaphis cædi, arundine percuti, facie velari, & veſtibus exui, cruci clavis affigi, in cruce levari, inter latrones de-

putari, felle & aceto potari, & lanceâ vulnerari. Tu, Domine, per has ſanctiſſimas pœnas tuas, quas ego indignus recolo, & per ſanctam Crucem & mortem tuam libera famulum tuum, (famulam tuam,) à pœnis Inferi, & perducere digneris, quò perduxiſti latronem tecum crucifixum. Qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.

Ecce Crucem Domini ✠ fugite partes adverſæ, vicit leo de tribu Juda, Radix David.

Jeſus Nazarenus, Rex Judæorum ✠ defendat nos ab omnibus malis in ſæcula ſæculorum.

Exurgat Deus, & diſſipentur inimici ejus ✠ & fugiant qui oderunt eum à facie ejus.

Adoramus te, Chriſte, & benedicimus tibi, quia per ſanctam Crucem tuam redemiſti mundum.

Per ſignum ſanctæ Crucis de inimicis noſtris libera nos, Domine Deus noſter.

Perpetuâ nos, quæſumus, Domine,

pace cuſtodi, quos per lignum ſanctæ Crucis redimere dignatus es.

Reſpice, quæſumus, Domine, ſuper hanc familiam tuam, pro quâ Dominus noſter Jeſus-Chriſtus non dubitavit manibus tradi nocentium, & crucis ſubire tormentum.

Interveniat pro hoc famulo tuo, (hac famula tua,) quæſumus, Domine Jeſu-Chriſte, apud tuam clementiam piiſſima Virgo Maria Mater tua, per cujus ſacratiſſimam animam, in hora paſſionis, ac mortis tuæ doloris gladius pertranſivit. Per te, Jeſu-Chriſte, Salvator mundi, Rex gloriæ, qui vivis & regnas Deus in ſæcula ſæculorum. Amen.

*Si anxiatur adhuc anima, dicuntur hi Pſalmi, videlicet:*

*Pſalmus* 117.

COnfitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in ſæculum miſericordia ejus, &c.

*Pſalmus* 118.

Beati immaculati in viâ: qui ambulant in lege Domini, &c.

*Pſalmus*

Retribue ſervo tuo, vivifica me: cuſtodiam ſermones tuos, &c.

*Pſalmus.*

Legem pone mihi, Domine, via juſtificationum tuarum: & exquira eam ſemper, &c.

*Pſalmus.*

Memor eſto verbi tui ſervo tuo: quo mihi ſpem dediſti, &c.

*Pſalmus.*

Bonitatem feciſti cum ſervo tuo, Do mine: ſecundum verbum tuum, &c.

*Pſalmus.*

Defecit in ſalutare tuum anima mea & in verbum tuum ſuperſperavi, &c

*Pſalmus.*

Quomodo dilexi legem tuam, Do mine: totâ die meditatio mea eſt, &c

*Pſalmus.*

Iniquos odio habui: & legem tuam dilexi, &c.

*Pſalmus.*

Mirabilia teſtimonia tua: ideo ſcru ta eſt ea anima mea, &c.

*Pſalmus.*

Clamavi in toto corde meo, exaudi me, Domine: juſtificationes tuas requiram, &c.

*Pſalmus.*

Principes perſecuti ſunt me gratìs: & à verbis tuis formidavit cor meum, &c.

*Poſt exhalatam animam, dicantur ſequentes Preces:*

℟. Subvenite, Sancti Dei, occurrite, Angeli Domini, ſuſcipientes animam ejus. * Offerentes eam in conſpectu Altiſſimi. ℣. Suſcipiat te Chriſtus, qui vocavit te: & in ſinum Abrahæ Angeli deducant te. * Offerentes eam in conſpectu Altiſſimi. ℣. Requiem æternam dona ei, Domine: & lux perpetua luceat ei. * Offerentes eam in conſpectu Altiſſimi.

Kyrie eleyſon. Chriſte eleyſon. Kyrie eleyſon. *Poſtea* Pater noſter *ſecretò.*
*V.* Et ne nos inducas in tentationem.
*R.* Sed libera nos à malo. *V.* Requiem æternam dona ei, Domine. *R.* Et lux perpetua luceat ei. *V.* A porta inferi.

*R.* Erue, Domine, animam ejus. *V.* Requieſcat in pace. *R.* Amen. *V.* Domine, exaudi orationem meam. *R.* Et clamor meus ad te veniat. *V.* Dominus vobiſcum. *R.* Et cum ſpiritu tuo.

*Oremus.*

Tibi, Domine, commendamus animam famuli tui, (famulæ tuæ,) N. ut defunctus, (defuncta,) ſæculo tibi vivat: & quæ per fragilitatem humanæ converſationis peccata commiſit, tu venia miſericordiſſimæ pietatis abſterge. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *R.* Amen.

*Deinde Sacerdos dicit.*

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. *Poſtea* Pater noſter *ſecretò.* *V.* Et ne nos inducas in tentationem. *R.* Sed libera nos à malo. *V.* In memoria æterna erit juſtus. *R.* Ab auditione mala non timebit. *V.* Ne tradas beſtiis animam confitentem tibi. *R.* Et animas pauperum tuorum ne obliviſcaris in finem. *V.* Non intres in judicium cum ſervo tuo, Domine. *R.* Quia non juſtificabitur in conſpectu tuo omnis

nis vivens. *V.* A porta inferi. *R.* Erue, Domine, animam ejus *V.* Requieſcat in pace. *R.* Amen. *V.* Domine, exaudi orationem meam. *R.* Et clamor meus ad te veniat. *V.* Dominus vobiſcum. *R.* Et cum ſpiritu tuo.

*Oremus.*

SUſcipe, Domine, animam famuli tui ( famulæ tuæ) quam de ergaſtulo hujus ſæculi vocare dignatus es, libera eam de locis pœnarum : quietis, ac lucis æternæ beatitudine perfruatur, ut inter Sanctos, & electos tuos in reſurrectionis gloriam reſuſcitari mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum *R.* Amen

## DE BENEDICTIONIBUS.

### Benedictio ad quodcumque commestibile.

*V.* Adjutorium noſtrum in Nomine Domini. *R* Qui fecit Cœlum & terram. *V.* Dominus vobiſcum. *R.* Et cum ſpiritu tuo.

*Oremus.*

BEne † dic, Domine, creaturam iſtam N. ut ſit remedium ſalutare

generi humano : & præſta per invocationem ſancti nominis tui ; ut quicumque ex ea ſumpſerint, corporis ſanitatem, & animæ tutelam percipiant. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

R. Amen.

*Aſpergat id aquâ benedictâ.*

---

Benedictio loci.

V. Adjutorium noſtrum in Nomine Domini. R. Qui fecit Cœlum & terram.
V. Dominus vobiſcum. R. Et cum ſpiritu tuo.

*Oremus.*

BEne†dic, Domine, Deus omnipotens, locum iſtum, ut ſit in eo ſanitas, caſtitas, victoria, virtus, humilitas, bonitas, quies, pax & manſuetudo, plenitudo legis, & gratiarum actio, Deo Patri, & Filio, & Spiritui Sancto : & hæc Benedictio maneat ſuper hunc locum & ſuper habitantes in eo, nunc & in omnia ſæcula ſæculorum.

R. Amen.

*Et aſpergatur aquâ benedictâ.*

Benedictio Domus novæ.

℣. Adjutorium noſtrum in Nomine Domini. ℟. Qui fecit Cœlum & terram. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

*Oremus.*

TE Deum Patrem omnipotentem ſuppliciter exoramus pro hac domo, & pro habitatoribus ejus, ac rebus : ut eam bene✝dicere, & ſancti✝ficare, ac bonis omnibus ampliare digneris : tribue eis, Domine, de rore Cœli abundantiam, & de pinguedine terræ vitæ ſubſtantiam, & deſideria voti eorum ad effectum tuæ miſerationis perducas. Ad introitum ergo noſtrum bene✝dicere & ſancti✝ficare digneris hanc domum, ſicut benedicere dignatus es domum Abrahæ, & Iſaac, & Jacob : & intra parietes domûs iſtius Angeli tuæ lucis inhabitent, eamque, & ejus habitatores in pace cuſtodiant. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

*Deinde aſpergat aquâ benedictâ.*

# PRÆPARATIO AD MISSAM,

Pro opportunitate Sacerdotis facienda.

*Sacrificium Legis Evangelicæ.*

QUamvis in Lege veteri plura fuerint Sacrificia, in nova tamen unicum eſt, quod omnium legalium hoſtiarum differentiam, tantò perfectiùs complectitur, quantò excellentior, Deoque acceptabilior eſt victima, quæ in eo immolatur. Eſt igitur Miſſa Sacrificium latriæ oblatum Deo ad ſummum & ſupremum cultum atque honorem exhibendum, tanquam primo principio & ultimo fini noſtro in proteſtationem infinitæ ejus excellentiæ, Dominii & Majeſtatis, noſtræque dependentiæ, ſervitutis & ſubjectionis. Eſt Euchariſticum in gratiarum actionem pro omnibus beneficiis naturæ, gratiæ & gloriæ collatis, & conferendis ab ipſo Deo, ut ſummo Benefactore. Eſt propitiatorium, &

ſatisfactorium pro peccatis & pœnis debitis; applicat enim omnibus, pro quibus offertur, vim & virtutem Sacrificii Crucis; imò eſt idem Sacrificium quoad ſubſtantiam, eadem Hoſtia, idem principalis offerens, licet diverſo modo offeratur. Ideò verò propitiatorium dicitur, quia hâc oblatione placatus Dominus, gratiam & donum pœnitentiæ peccatoribus non ponentibus obicem concedit. Pœnas item peccatis debitas relaxat, quia per ipſum applicatur Sacrificium Chriſti, qui pro peccatis totius mundi in Cruce ſatisfecit. Eſt etiam impetratorium bonorum ſpiritualium & temporalium, pro cujuſque affectu & devotione.

*De his qui offerunt hoc Sacrificium.*

PRimum & præcipuum inter offerentes locum obtinet Chriſtus, qui ſolus potuit acceptabile Sacrificium offerre Patri, quod quia quotidie offertur per Sacerdotes Miniſtros ſuos, ideò dicitur, Sacerdotium habere ſempiternum, ſicut ſcriptum eſt: *Tu es Sacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech.*

Alter offerens eſt ipſa Eccleſia Catholica, cujus Sacerdos Miniſter eſt, & tanquam legatus in perſona Chriſti profert verba Conſecrationis, dicens: Hoc est Corpus meum.

Et quò major eſt illius devotio, eò ampliùs illi prodeſt: Conetur ergò omni ſtudio eſſe purus & ſanctus & ornatus omni virtute, ut ſacrificet unigenitum Dei Filium, cum omni timore, tremore & pietate, & totus amore divino accenſus. Multùm prodeſt ad devotionem ingens fames, fervens deſiderium, atque ardentiſſimus amor hujus Angelici panis, & ignem devotionis in ſe accendere jejuniis, flagellationibus & ciliciis.

*De Excellentia hujus Sacrificii.*

Cum Sacrificium ſit primarium Religionis munus, planè decebat, ut Chriſtiana Religio, quâ nulla perfectior, & ſublimior eſſe poteſt, nobiliſſimum haberet Sacrificium, cujus excellentia colligi poteſt, ex eo quòd in illo Chriſtus Dominus verus Deus & homo, ſoli Deo Creatori noſtro of-

fertur, & nulli Sanctorum, nec ipſi Beatæ Virgini offerri poteſt: maxima cura adhibenda eſt, ut hoc auguſtiſſimum Sacrificium omni veneratione ac reverentiâ celebretur, cui aſſiſtunt Angeli, metuunt Sancti, & tremunt Poteſtates, & ſupremi Spiritus faciem ſuam velant præ verecundia, in conſpectu divinæ Majeſtatis. Sacerdos primò culpas, veniam precando, confitetur, tum Deum laudat & adorat, eique de acceptis beneficiis gratias agit; opem divinam ſibi & aliis implorat; loquitur cum Chriſto Domino, qui in Sacramento præſens eſt; preces ſimul cum ipſo, æterno Patri præſentat, qui eſt Rex Regum, & Dominus dominantium.

*De præmittenda Confeſſione Sacramentali.*

ANte orationem, ait ſapiens, præpara animam tuam, & noli eſſe quaſi homo qui tentat Deum: optima præparatio conſiſtit in puritate & ſanctitate vitæ. Quidquid agis, quidquid cogitas ad hunc ſcopum refer, ut vivas vitâ divinâ, & creſcas in humilita-

te, patientia, mundi contemptu & charitate, & te reddas dignum hoc cœleſti convivio, & te præpares in occurſum Dei tui, qui tanta fecit, & talia pro te paſſus eſt, & cum tali benignitate venit ad te: Talem ſe Deus exhibebit animæ tuæ, qualem ſe illa præparaverit ei: Formidabilis eſt, & non ſine horrore audienda Apoſtoli comminatio, dicentis: *Quicumque manducaverit panem hunc, vel biberit Calicem Domini indignè, reus erit Corporis & Sanguinis Domini. Probet autem ſe ipſum homo* per veram contritionem & ſinceram confeſſionem: *Et ſic de pane illo edat & de Calice bibat: qui enim manducat & bibit indignè, judicium ſibi manducat & bibit.* Ut verò ex hoc convivio, quod ſanctis animabus inexplicabiles delicias, mens abundantiùs reficiatur, non ſolùm à mortalibus, ſed etiam à venialibus culpis, & ab omni terreno affectu eam expurgare oportet: Hac de cauſa boni Sacerdotes, quotidie, vel alternis diebus, vel bis ſaltem in hebdomada animo verè contrito ad confeſſio-

nem ſolent accedere. Quod ſi nihil Sacramento pœnitentiæ expiandum occurrat, intenſum nihilominùs contritionis actum de totius vitæ delictis elicere non omittunt, quia cor contritum & humilitatum Deus non deſpicit.

In ipſa autem confeſſione, vitanda prolixitas, & nimia diligentia in levioribus culpis recenſendis : ſatius enim eſt intimè de iis dolere, & per devotam cordis ad Deum converſionem eas expiare, quàm in iis ad inſtar hiſtoriæ ſine propoſito emendationis, enarrandis immorari, quòd ſint iracundi, ſuperbi, & proni ad malum, quòd Deum non amaverint ex tota cordis intentione, &c.

## Intentio Missæ.

EGo volo iſtam Miſſam cum debita attentione & devotione celebrare, & offerre Deo Sacrificium ad intentionem N. N. (exprimat eum pro quo obligatur) cupiens omnimodè ſatisfacere meæ obligationi Volo inſuper hujus Sacrificii fructus communi-

care mihi, Parentibus, Fratribus, Sororibus, Conſanguineis, & omnibus mihi commendatis, & quibus vis, & ſcis me obligatum: & hanc mihi & illis communicationem volo, & à Deo poſtulo, in quantùm licitè & ſecundùm juſtitiæ ac charitatis leges velle & poſtulare poſſum.

*Gregorius XIII. Pontifex Maximus conceſſit cuilibet Sacerdoti ante Celebrationem Miſſæ legenti Orationem ſequentem* 50 *annorum Indulgentiam.*

EGo volo celebrare Miſſam, & conficere Corpus & Sanguinem Domini noſtri Jeſu-Chriſti, juxta ritum S. R. Eccleſiæ, ad laudem Omnipotentis Dei, totiuſque Curiæ Triumphantis, ad utilitatem meam, totiuſque Curiæ militantis, pro omnibus qui ſe commendârunt Orationibus meis, in genere & in ſpecie, & pro felici ſtatu S. R. Eccleſiæ. Amen.

Gaudium cum pace, emendationem vitæ, ſpatium veræ pœnitentiæ, gratiam, & conſolationem Sancti Spiritûs,

perſeverantiam in bonis operibus tribuat nobis omnipotens & miſericors Dominus. Amen.

---

## LITANIÆ
### SS. Nominis Jesu.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Chriſte, audi nos. Chriſte, exaudi nos.
Pater de Cœlis Deus, Miſerere nobis.
Fili Redemptor Mundi Deus, Miſerere nobis.
Spiritus ſancte Deus, Miſerere nobis.
Sancta Trinitas unus Deus, Miſerere nobis.
Jeſu Fili Dei vivi, Miſerere nobis.
Jeſu Fili Mariæ Virginis, Miſerere nobis.
Jeſu amantiſſime, Miſerere nobis.
Jeſu clementiſſime, Miſerere nobis.
Jeſu benigniſſime, Miſerere nobis.
Jeſu dulciſſime, Miſerere nobis.
Jeſu fortiſſime, Miſerere nobis.
Jeſu glorioſiſſime, Miſerere nobis.
Jeſu humaniſſime, Miſerere nobis.
Jeſu jucundiſſime, Miſerere nobis.
Jeſu liberaliſſime. Miſerere nobis.
Jeſu manſuetiſſime, Miſerere nobis.

Jeſu nobiliſſime,
Jeſu potentiſſime,
Jeſu ſapientiſſime,
Jeſu amabilis,
Jeſu admirabilis,
Jeſu delectabilis,
Jeſu honorabilis,
Jeſu bone Paſtor ovium,
Jeſu pater pauperum,
Jeſu decus morum,
Jeſu exemplar virtutum,
Jeſu humillime,
Jeſu mitiſſime,
Jeſu patientiſſime,
Jeſu pauperrime,
Jeſu caſtiſſime,
Jeſu obedientiſſime,
Jeſu perfectiſſime,
Jeſu amator caſtitatis,
Jeſu amator unionis pacis,
Jeſu Mediator Dei & hominum,
Jeſu conſolator afflictorum,
Jeſu auxilium in te ſperantium,
Jeſu lux vera,
Jeſu ſapientia æterna,
Jeſu via, veritas & vita,

Miſerere nobis.

Jeſu

Jeſu bonitas infinita,
Jeſu gaudium Angelorum,
Jeſu Rex Patriarcharum,
Jeſu Inſpirator Prophetarum,
Jeſu Magiſter Apoſtolorum,
Jeſu Doctor Evangeliſtarum,
Jeſu Fortitudo Martyrum,
Jeſu Lumen Confeſſorum,
Jeſu Sponſe Virginum,
Jeſu corona Sanctorum omnium,

} Miſerere nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis, Jeſu.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos, Jeſu.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miſerere nobis, Jeſu.

Jeſu-Chriſte, audi nos.

Jeſu-Chriſte, exaudi nos.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter.

*Antiphona.* Omnis qui invocaverit Nomen Domini, ſalvus erit.

℣ Sit Nomen Domini benedictum.

℟ Ex hoc nunc & uſque in ſæculum.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

*Oremus.*

DEus qui glorioſiſſimum Nomen Jeſu-Chriſti Filii tui Domini noſtri feciſti fidelibus tuis ſummo ſuavitatis affectu amabile, & malignis ſpiritibus tremendum atque terribile: concede propitius, ut omnes qui hoc Nomen Jesu devotè venerantur in terris, ſanctæ conſolationis dulcedinem in præſenti percipiant, & in futuro gaudium exultationis & interminabilis beatitudinis obtineant in Cœlis. Per eundem Dominum noſtrum Jeſum-Chriſtum Filium tuum, &c. Amen.

*Antiphona.* Ne reminiſcaris, Domine, delicta noſtra, vel parentum noſtrorum, neque vindictam ſumas de peccatis noſtris.

*Pſalmus* 83.

QUàm dilecta tabernacula tua, Domine virtutum! concupiſcit & deficit anima mea in atria Domini.

Cor meum & caro mea: exultaverunt in Deum vivum.

Etenim paſſer invenit ſibi domum:

& turtur nidum ſibi, ubi ponat pullos ſuos.

Altaria tua, Domine virtutum: Rex meus, & Deus meus

Beati, qui habitant in domo tua, Domine: in ſæcula ſæculorum laudabunt te.

Beatus vir, cujus eſt auxilium abs te: aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit, in valle lachrymarum, in loco quem poſuit.

Etenim benedictionem dabit Legiſlator, ibunt de virtute in virtutem: videbitur Deus deorum in Sion.

Domine Deus virtutum, exaudi orationem meam: auribus percipe, Deus Jacob.

Protector noſter, aſpice, Deus: & reſpice in faciem Chriſti tui.

Quia melior eſt dies una in atriis tuis: ſuper millia.

Elegi abjectus eſſe in domo Dei mei: magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia miſericordiam & veritatem diligit Deus: gratiam & gloriam dabit Dominus.

Non privabit bonis eos qui ambulant in innocentia : Domine virtutum, beatus homo qui ſperat in te.

Gloria Patri, &c.

*Pſalmus* 84.

BEnedixiſti, Domine, terram tuam : avertiſti captivitatem Jacob.

Remiſiſti iniquitatem plebis tuæ : operuiſti omnia peccata eorum.

Mitigaſti omnem iram tuam : avertiſti ab ira indignationis tuæ.

Converte nos, Deus ſalutaris noſter : & averte iram tuam à nobis.

Numquid in æternum iraſceris nobis : aut extendes iram tuam à generatione in generationem.

Deus tu converſus vivificabis nos : & plebs tua lætabitur in te.

Oſtende nobis, Domine, miſericordiam tuam : & ſalutare tuum da nobis.

Audiam quid loquatur in me Dominus Deus : quoniam loquetur pacem in plebem ſuam.

Et ſuper Sanctos ſuos : & in eos qui convertuntur ad cor.

Verumtamen prope timentes eum

ſalutare ipſius : ut inhabitet gloria in terra noſtra.

Miſericordia & veritas obviaverunt ſibi : juſtitia & pax oſculatæ ſunt.

Veritas de terra orta eſt : & juſtitia de Cœlo proſpexit.

Etenim Dominus dabit benignitatem : & terra noſtra dabit fructum ſuum.

Juſtitia ante eum ambulabit : & ponet in via greſſus ſuos.

Gloria, &c. *Pſalmus* 85.

INclina, Domine, aurem tuam, & exaudi me : quoniam inops & pauper ſum ego.

Cuſtodi animam meam, quoniam ſanctus ſum : ſalvum fac ſervum tuum, Deus meus, ſperantem in te.

Miſerere mei, Domine, quoniam ad te clamavi totâ die : lætifica animam ſervi tui, quoniam ad te, Domine, animam meam levavi.

Quoniam tu, Domine, ſuavis & mitis : & multæ miſericordiæ omnibus invocantibus te.

Auribus percipe, Domine, oratio-

nem meam : & intende voci deprecationis meæ

In die tribulationis meæ clamavi ad te : quia exaudiſti me.

Non eſt ſimilis tui in diis, Domine : & non eſt ſecundùm opera tua.

Omnes Gentes quaſcumque feciſti, venient, & adorabunt coram te, Domine : & glorificabunt nomen tuum.

Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia : tu es Deus ſolus.

Deduc me, Domine, in via tua, & ingrediar in veritate tua : lætetur cor meum ut timeat nomen tuum.

Confitebor tibi, Domine Deus meus, in toto corde meo : & glorificabo nomen tuum in æternum

Quia miſericordia tua magna eſt ſuper me : & eruiſti animam meam ex inferno inferiori.

Deus, iniqui inſurrexerunt ſuper me, & ſynagoga potentium quæſierunt animam meam : & non propoſuerunt te in conſpectu ſuo.

Et tu, Domine, Deus miſerator &

miſericors : patiens , & multæ miſe-ricordiæ , & verax.

Reſpice in me, & miſerere mei: da imperium tuum puero tuo : & ſalvum fac filium ancillæ tuæ.

Fac mecum ſignum in bonum, ut videant qui oderunt me , & confundantur : quoniam tu, Domine, adjuviſti me, & conſolatus es me.

Gloria , &c. *Pſalmus* 115.

CRedidi, propter quod locutus ſum: ego autem humiliatus ſum nimis.

Ego dixi in exceſſu meo : omnis homo mendax.

Quid retribuam Domino : pro omnibus quæ retribuit mihi ?

Calicem ſalutaris accipiam : & nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam coram omni populo ejus : pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum ejus.

O Domine, quia ego ſervus tuus : ego ſervus tuus, & filius ancillæ tuæ.

Dirupiſti vincula mea : tibi ſacrificabo hoſtiam laudis, & nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam in conſpectu omnis populi ejus : in atriis domûs Domini, in medio tuî Jeruſalem.
Gloria, &c. *Pſalmus* 129.
De profundis, &c. *ut ſuprà*, *pag.* 42.
*Deinde repetitur Antiphona.*
Ne reminiſcaris, Domine, delicta noſtra, vel parentum noſtrorum : neque vindictam ſumas de peccatis noſtris.
Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. *V.* Et ne nos inducas in tentationem. *R.* Sed libera nos à malo. *V.* Ego dixi, Domine, miſerere mei. *R.* Sana animam meam, quia peccavi tibi. *V.* Convertere, Domine, aliquantulùm. *R.* Et deprecare ſuper ſervos tuos. *V.* Fiat miſericordia tua, Domine, ſuper nos. *R.* Quemadmodùm ſperavimus in te. *V.* Sacerdotes tui induantur juſtitiam. *R.* Et Sancti tui exultent. *V.* Ab occultis meis munda me, Domine. *R.* Et ab alienis parce ſervo tuo *V.* Domine, exaudi orationem meam. *R.* Et clamor meus ad te veniat. *V.* Dominus vobiſcum. *R.* Et cum ſpiritu tuo.

*Oremus.*

AUres tuæ pietatis, mitiſſime Deus, inclina precibus noſtris, & gratiâ Sancti Spiritûs illumina cor noſtrum : ut tuis myſteriis dignè miniſtrare, teque æternâ charitate diligere mereamur.

DEus, cui omne cor patet, & omnis voluntas loquitur, & quem nullum latet ſecretum ; purifica per infuſionem Sancti Spiritûs cogitationes cordis noſtri : ut te perfectè diligere, & dignè laudare mereamur.

URe igne Sancti Spiritûs renes noſtros & cor noſtrum, Domine : ut tibi caſto corpore ſerviamus, & mundo corde placeamus.

MEntes noſtras, quæſumus, Domine Paracletus, qui à te procedit, illuminet : & inducat in omnem, ſicut tuus promiſit Filius, veritatem.

ADſit nobis, quæſumus, Domine, virtus Spiritûs Sancti : quæ & corda noſtra clementer expurget, & ab omnibus tueatur adverſis.

DEus, qui corda Fidelium Sancti Spiritûs illuſtratione docuiſti : da nobis in eodem Spiritu recta ſapere, & de ejus ſemper conſolatione gaudere.

COnſcientias noſtras, quæſumus, Domine, viſitando purifica : ut veniens Dominus noſter Jeſus-Chriſtus Filius tuus, paratam ſibi in nobis inveniat manſionem. Qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritûs Sancti Deus per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

---

ORATIONES DICENDÆ
Cùm Sacerdos induitur ſacerdotalibus paramentis.

*Cùm lavat manus, dicat :*

DA, Domine, virtutem manibus meis ad abſtergendam omnem maculam : ut ſine pollutione mentis & corporis valeam tibi ſervire.

*Ad Amictum, dum ponitur ſuper caput, dicat :*

IMpone, Domine, capiti meo galeam ſalutis, ad expugnandos diabolicos incurſus.

*Ad Albam, cùm eâ induitur.*

DEalba me, Domine, & munda cor meum: ut in Sanguine Agni dealbatus, gaudiis perfruar ſempiternis.

*Ad Cingulum, dum ſe cingit.*

PRæcinge me, Domine, cingulo puritatis, & extingue in lumbi meis humorem libidinis: ut maneat in me virtus continentiæ & caſtitatis.

*Ad Manipulum, dum imponitur brachio ſiniſtro.*

MErear, Domine, portare manipulum fletûs & doloris: ut cum exultatione recipiam mercedem laboris.

*Ad Stolam, dum imponitur collo.*

REdde mihi, Domine, ſtolam immortalitatis, quam perdidi in prævaricatione primi parentis: & quamvis indignus accedo ad tuum ſacrum myſterium, merear tamen gaudium ſempiternum.

*Ad Caſulam, cùm aſſumitur.*

DOmine, qui dixiſti, Jugum meum ſuave eſt, & onus meum leve: fac, ut iſtud portare ſic valeam, quòd conſequar tuam gratiam. Amen.

*Oratio S. Thomæ Aquinatis.*

OMnipotens ſempiterne Deus, ecce accedo ad Sacramentum unigeniti Filii tui Domini noſtri Jeſu-Chriſti : accedo tanquam infirmus ad Medicum vitæ, immundus ad fontem miſericordiæ, cæcus ad lumen claritatis æternæ, pauper & egenus ad Dominum Cœli & terræ. Rogo ergo immenſæ largitatis tuæ abundantiam, quatenus meam curare digneris infirmitatem, lavare fœditatem, illuminare cœcitatem, ditare paupertatem, veſtire nuditatem : ut panem Angelorum, Regem Regum, Dominum dominantium tantâ ſuſcipiam reverentiâ & humilitate, tantâ contritione & devotione, tantâ puritate & fide, tali propoſito & intentione, ſicut expedit ſaluti animæ meæ. Da mihi, quæſo, Dominici Corporis & Sanguinis non ſolùm ſuſcipere Sacramentum, ſed etiam rem & virtutem Sacramenti. O mitiſſime Deus ! da mihi Corpus unigeniti Filii tui Domini noſtri Jeſu Chriſti, quod traxit de Virgine Maria, ſic ſuſcipere, ut corpori

ſuo myſtico merear incorporari, & inter ejus membra connumerari. O amantiſſime Pater, concede mihi dilectum Filium tuum, quem nunc velatum in via ſuſcipere propono, revelatâ tandem facie perpetuò contemplari. Qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritûs Sancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

*Memento Vivorum, Domine Deus.*

1. MEi, parentum, fratrum, ſororum, conſanguineorum, affinium, & amicorum meorum.
2. Omnium, quibus fui gravamen, ſcandalum, & occaſio peccandi.
3. Omnium benefactorum meorum in ſpiritualibus & temporalibus.
4. Omnium mihi commiſſorum in genere & ſpecie.
5. Omnium Sacerdotum & Miniſtrorum Eccleſiæ Dei Catholicæ.
6. Omnium inimicorum meorum ad dimiſſionem.
7. Omnium Hæreticorum & Infidelium ad converſionem.

8. Omnium pro quibus vis & ſcis me debere orare.

*Memento Mortuorum.*

1. O Bone Jeſu, Fili Mariæ Virginis, qui Matri tuæ juxta Crucem ſtanti dixiſti : *Mulier*, *ecce Filius tuus*, deinde Diſcipulo, *ecce Mater tua*, memento Animarum parentum, fratrum, ſororum, omnium conſanguineorum, amicorum meorum, omnium Sacerdotum & Miniſtrorum Eccleſiæ Dei Catholicæ, & omnium Matris tuæ Cultorum, ac Immaculatæ Conceptionis ejus Zelatorum.

2. O Bone Jeſu, qui in Sacrificio Crucis voce magnâ exclamaſti : *Deus meus*, *Deus meus*, *ut quid dereliquiſti me?* Memento Animarum miſerrimè exiſtentium in Purgatorio, & quarum non eſt ſpecialis memoria, necnon Animæ maximè deſertæ.

3. O bone Jeſu, qui dixiſti : *Pater*, *dimitte illis*, *non enim ſciunt quid faciunt*, memento Animarum mi-

hi vel meis, dum viverent unquam inimicarum, pro quibus oro in unione ejuſdem divinæ tuæ intentionis.

4. O bone Jeſu, qui Latroni ingemiſcenti, *Domine, memento mei, dum veneris in regnum tuum*, dixiſti: *Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiſo*, memento Animarum diutiſſimè cruciandarum.

5. O bone Jeſu, qui dixiſti: *Sitio*, memento Animarum omnium benefactorum meorum in temporalibus & ſpiritualibus.

6. O bone Jeſu, qui expirans, dixiſti: *Pater, in manus tuas commendo ſpiritum meum*, memento Animarum improvisâ morte corporibus exutarum.

7. O bone Jeſu, qui dixiſti: *Conſummatum eſt*, memento Animarum liberationi proximatum, omnium mihi commiſſarum, in genere & in ſpecie, & omnium pro quibus vis & ſcis me velle, ac debere orare.

# GRATIARUM ACTIO POST MISSAM.

*Antiphona.* Trium puerorum cantemus Hymnum, quem cantabant Sancti in camino ignis, benedicentes Dominum.

*Canticum trium puerorum.*

BEnedicite omnia opera Domini Domino : laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.

Benedicite Angeli Domini Domino: benedicite Cœli Domino.

Benedicite aquæ omnes quæ ſuper Cœlos ſunt, Domino: benedicite omnes virtutes Domini Domino.

Benedicite Sol & Luna Domino : benedicite Stellæ Cœli Domino.

Benedicite omnis imber & ros Domino : benedicite omnes ſpiritus Dei Domino.

Benedicite ignis & æſtus Domino: benedicite frigus & æſtus Domino.

Benedicite rores & pruina Domino: benedicite gelu & frigus Domino.

Benedicite glacies & nives Domino : benedicite noctes & dies Domino.

Benedicite lux & tenebræ Domino : benedicite fulgura & nubes Domino.

Benedicat terra Dominum : laudet & ſuperexaltet eum in ſæcula.

Benedicite montes & colles Domino : benedicite univerſa germinantia in terra Domino.

Benedicite fontes Domino : benedicite maria & flumina Domino.

Benedicite cete, & omnia quæ moventur in aquis, Domino : benedicite omnes volucres Cœli Domino.

Benedicite omnes beſtiæ & pecora Domino : benedicite filii hominum Domino.

Benedicat Iſraël Dominum : laudet & ſuperexaltet eum in ſæcula.

Benedicite Sacerdotes Domini Domino : benedicite ſervi Domini Domino.

Benedicite ſpiritus & animæ juſtorum Domino : benedicite Sancti & humiles corde Domino.

Benedicite Anania, Azaria, Miſael

Domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.

Benedicamus Patrem & Filium cum Sancto Spiritu: laudemus & ſuperexaltemus eum in ſæcula.

Benedictus es, Domine, in firmamento Cœli: & laudabilis & glorioſus, & ſuperexaltatus in ſæcula.

*Pſalmus* 150.

LAudate Dominum in Sanctis ejus: laudate eum in firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in virtutibus ejus: laudate eum ſecundùm multitudinem magnitudinis ejus.

Laudate eum in ſono tubæ: laudate eum in pſalterio & cithara.

Laudate eum in tympano & choro: laudate eum in chordis & organo.

Laudate eum in cymbalis beneſonantibus: laudate eum in cymbalis jubilationis: omnis ſpiritus laudet Dominum.

Gloria Patri, &c.

*Deinde repetitur Antiphona.*

Trium puerorum cantemus Hym-

num : quem cantabant Sancti in camino ignis, benedicentes Dominum.

*Deinde Sacerdos dicit :*

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Confiteantur tibi, Domine, omnia opera tua. ℟ Et Sancti tui benedicant tibi. ℣. Exultabunt Sancti in gloria. ℟. Lætabuntur in cubilibus ſuis. ℣. Non nobis, Domine, non nobis. ℟. Sed nomini tuo da gloriam. ℣. Domine, exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

*Oremus.*

DEus, qui tribus pueris mitigaſti flammas ignium, concede propitius, ut nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum.

ACtiones noſtras, quæſumus, Domine, aſpirando præveni, & adjuvando proſequere : ut cuncta noſtra oratio & operatio à te ſemper incipiat, & per te cœpta finiatur.

DA nobis, quæſumus, Domine, vitiorum noſtrorum flammas extinguere, qui Beato Laurentio tribuiſti tormentorum ſuorum incendia ſuperare. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *R.* Amen.

*Oratio S. Thomæ de Aquino.*

GRatias tibi ago, Domine ſancte Pater Omnipotens æterne Deus, qui me peccatorem, indignum famulum tuum, nullis meis meritis, ſed ſolâ dignatione miſericordiæ tuæ ſatiare dignatus es pretioſo Corpore & Sanguine Filii tui Domini noſtri Jeſu-Chriſti. Et precor, ut hæc ſancta Communio non ſit mihi reatus ad pœnam, ſed interceſſio ſalutaris ad veniam. Sit mihi armatura fidei, & ſcutum bonæ voluntatis. Sit vitiorum meorum evacuatio, concupiſcentiæ & libidinis exterminatio, charitatis & patientiæ, humilitatis & obedientiæ, omniumque virtutum augmentatio; contra inſidias inimicorum omnium, tam viſibilium quàm inviſibilium, firma defenſio: motuum meorum, tam carnalium quàm

ſpiritualium perfecta quietatio : in te uno ac vero Deo firma adhæſio, atque finis mei felix conſummatio. Et precor te, ut ad illud ineffabile convivium me peccatorem perducere digneris, ubi tu cum Filio tuo & Spiritu Sancto, Sanctis tuis es lux vera, ſatietas plena, gaudium ſempiternum, jucunditas conſummata, & felicitas perfecta. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

*Alia Oratio S. Bonaventuræ.*

TRansfige, dulciſſime Domine Jeſu, medullas & viſcera animæ meæ ſuaviſſimo ac ſaluberrimo amoris tui vulnere, verâ, ſerenâque & Apoſtolicâ ſanctiſſimâ charitate, ut langueat & liquefiat anima mea ſolo ſemper amore & deſiderio tui, te concupiſcat, & deficiat in atria tua, cupiat diſſolvi, & eſſe tecum. Da, ut anima mea ſe eſuriat, panem Angelorum, refectionem animarum ſanctarum, panem noſtrum quotidianum, ſuperſubſtantialem, habentem omnem dulcedinem & ſaporem, & omne delectamentum

ſuavitatis : Te, in quem deſiderant Angeli proſpicere, ſemper eſuriat & comedat cor meum, & dulcedine ſaporis tui repleantur viſcera animæ meæ: te ſemper ſitiat fontem vitæ, fontem ſapientiæ & ſcientiæ, fontem æterni luminis, torrentem voluptatis, ubertatem domûs Dei : te ſemper ambiat, te quærat, te inveniat, ad te tendat, ad te perveniat, te meditetur, te loquatur, & omnia operetur in laudem & gloriam nominis tui, cum humilitate & diſcretione, cum dilectione & delectatione, cum felicitate & affectu, cum perſeverantia uſque in finem : & tu ſis ſolus ſemper ſpes mea, tota fiducia mea, divitiæ meæ, delectatio mea, jucunditas mea, gaudium meum, quies & tranquillitas mea, pax mea, ſuavitas mea, odor meus, dulcedo mea, cibus meus, refectio mea, refugium meum, auxilium meum, ſapientia mea, portio mea, poſſeſſio mea, theſaurus meus, in quo fixa & firma & immobiliter ſemper ſit radicata mens mea, & cor meum. Amen.

*Rhitmus S. Thomæ*
*ad ſacram Eucbariſtiam.*

ADoro te devotè, latens Deitas,
Quæ ſub his figuris verè latitas:
Tibi ſe cor meum totum ſubjicit,
Quia te contemplans totum deficit.
Viſus, tactus, guſtus in te fallitur,
Sed auditu ſolo tutò creditur.
Credo quidquid dixit Dei Filius,
Nil hoc verbo veritatis verius.
In Cruce latebat ſola Deitas,
At hîc latet ſimul & humanitas:
Ambo tamen credens atque confitens,
Peto quod petivit latro pœnitens.
Plagas, ſicut Thomas, non intueor,
Deum tamen meum te confiteor.
Fac me tibi ſemper magis credere,
In te ſpem habere, te diligere.
O memoriale mortis Domini,
Panis vivus vitam præſtans homini:
Præſta meæ menti de te vivere,
Et te illi ſemper dulcè ſapere.
Pie pellicane Jeſu Domine,
Me immundum munda tuo ſanguine.
Cujus una ſtilla ſalvum facere
Totum mundum quit ab omni ſcelere.

Jeſu, quem velatum nunc aſpicio,
Oro fiat illud, quod tam ſitio,
Ut te revelatâ cernens facie,
Viſu ſim beatus tuæ gloriæ. Amen.

LAuda, Sion, Salvatorem, lauda Ducem & Paſtorem, in Hymnis & Canticis.

Quantùm potes, tantùm aude: quia major omni laude, nec laudare ſufficis.

Laudis thema ſpecialis, panis vivus & vitalis hodie proponitur.

Quem in ſacræ menſa cœnæ, turbæ fratrum duodenæ datum non ambigitur.

Sit laus plena, ſit ſonora, ſit jucunda, ſit decora mentis jubilatio.

Dies enim ſolemnis agitur, in qua menſæ prima recolitur hujus inſtitutio.

In hac menſa novi Regis, novum Paſcha novæ Legis, phaſe vetus terminat.

Vetuſtatem novitas, umbram fugat veritas, noctem lux eliminat.

Quod in cœna Chriſtus geſſit, faciendum hoc expreſſit in ſui memoriam.

Docti ſacris inſtitutis, panem, vinum

num in ſalutis conſecramus Hoſtiam.

Dogma datur Chriſtianis, quod in carnem tranſit panis, & vinum in ſanguinem.

Quod non capis, quod non vides, animoſa firmat fides, præter rerum ordinem.

Sub diverſis ſpeciebus, ſignis tantùm & non rebus, latent res eximiæ.

Caro cibus, ſanguis potus, manet tamen Chriſtus totus ſub utraque ſpecie.

A ſumente non conciſus, non confractus, non diviſus, integer accipitur.

Sumit unus, ſumunt mille: quantùm iſti, tantùm ille: nec ſumptus conſumitur.

Sumunt boni, ſumunt mali: ſorte tamen inæquali, vitæ vel interitûs.

Mors eſt malis, vita bonis: vide paris ſumptionis quàm ſit diſpar exitus.

Fracto demum Sacramento, ne vacilles, ſed memento, tantùm eſſe ſub fragmento, quantùm toto tegitur.

Nulla rei fit ſciſſura, ſigni tantùm fit fractura: quâ nec ſtatus, nec ſtatura ſignati minuitur.

Ecce panis Angelorum, factus cibus viatorum : verè panis filiorum, non mittendus canibus.

In figuris præſignatur, cùm Iſaac immolatur : Agnus Paſchæ deputatur : datur manna Patribus.

Bone Paſtor, panis vere, Jeſu, noſtri miſerere : tu nos paſce, nos tuere : tu nos bona fac videre in terra viventium.

Tu, qui cuncta ſcis & vales, qui nos paſcis hîc mortales : tuos ibi commenſales, cohæredes & ſodales fac Sanctorum Civium. Amen.

HYMNUS.

Pange, lingua, glorioſi
Corporis myſterium,
Sanguiniſque pretioſi,
Quem in mundi pretium,
Fructus ventris generoſi,
Rex effudit gentium.
Nobis datus, nobis natus,
Ex intacta Virgine,
Et in mundo converſatus,
Sparſo verbi ſemine,
Sui moras incolatus,

Miro clauſit ordine.
In ſupremæ nocte cœnæ,
Recumbens cum fratribus,
Obſervatâ lege plenè,
Cibis in legalibus,
Cibum turbæ duodenæ.
Se dat ſuis manibus.
Verbum caro panem verum,
Verbo carnem efficit,
Fitque Sanguis Chriſti merum;
Et ſi ſenſus deficit,
Ad firmandum cor ſincerum,
Sola fides ſufficit.
Tantum ergo Sacramentum
Veneremur cernui,
Et antiquum documentum
Novo cedat ritui,
Præſtet fides ſupplementum
Senſuum defectui.
Genitori, Genitoque,
Laus & jubilatio,
Salus, honor, virtus quoque,
Sit & benedictio,
Procedenti ab utroque
Compar ſit laudatio. Amen.

TE Deum laudamus : te Dominum confitemur.

Te æternum Patrem : omnis terra veneratur.

Tibi omnes Angeli : tibi Cœli, & univerſæ poteſtates :

Tibi Cherubim & Seraphim : inceſſabili voce proclamant :

Sanctus, Sanctus, Sanctus : Dominus Deus Sabaoth.

Pleni ſunt Cœli & terra : majeſtatis gloriæ tuæ.

Te glorioſus Apoſtolorum chorus,

Te Prophetarum laudabilis numerus,

Te Martyrum candidatus laudat exercitus.

Te per orbem terrarum, ſancta confitetur Eccleſia,

Patrem immenſæ majeſtatis,

Venerandum tuum verum, & unicum Filium,

Sanctum quoque Paracletum Spiritum.

Tu Rex gloriæ Chriſte.

Tu Patris ſempiternus es Filius.

Tu ad liberandum ſuſcepturus ho-

minem : non horruiſti Virginis uterum.

Tu devicto mortis aculeo : aperuiſti credentibus Regna Cœlorum.

Tu ad dexteram Dei ſedes : in gloria Patris.

Judex crederis eſſe venturus.

Te ergo quæſumus, tuis famulis ſubveni, quos pretioſo Sanguine redemiſti.

Æterna fac cum Sanctis tuis : in gloria numerari.

Salvum fac populum tuum, Domine : & benedic hereditati tuæ.

Et rege eos : & extolle illos uſque in æternum.

Per ſingulos dies, benedicimus te.

Et laudamus nomen tuum in ſæculum : & in ſæculum ſæculi.

Dignare, Domine, die iſto : ſine peccato nos cuſtodire.

Miſerere noſtri, Domine : miſerere noſtri.

Fiat miſericordia tua, Domine, ſuper nos : quemadmodum ſperavimus in te.

In te, Domine, ſperavi : non confundar in æternum.

# TRACTATUS BREVIS de Defectibus in Celebratione Miſſarum occurrentibus.

## §. I.

*De loco Sacrificii & Altarium præparatione.*

SAcri Canones, pro celebrando Miſſæ Sacrificio, locum ſacrum exigunt, vel ſaltem ex deputatione Epiſcopi, alium honeſtum, & nitidum, cum Altari decenter ac nitidè, cum omnibus neceſſariis, præparato: dolenter tamen videmus, quod in variis, Ruralibus præſertim Eccleſiis, murorum exoletorum fœditas, Altaris ac Tabernaculi ſimplicitas, luminis defectus, ornamentorum ruditas, totiuſque apparatûs immunditia, nil ſancti, nil decori, aut reverentiâ digni præ ſe ferant, ſed potiùs nauſeam & deſpectum ingerant. Huc facit notabilis hæc

REFLEXIO.

EMinentiſſimus Cardinalis Bellarminus *in libro* 1. *de gemitu columbæ*,

varias miſerias congerens, quæ in Eccleſia reperiuntur, & meritò piis ( qui ſunt membra hujus columbæ ) gemitum excutiunt, hæc inter cætera habet: „ Illud etiam lachrymis uberrimis
„ dignum eſt, quòd, ob nonnullorum
„ Sacerdotum incuriam, aut impietatem, ſacroſancta Myſteria tam inde-
„ corè tractantur, ut qui illa tractant,
„ videantur non credere Majeſtatem
„ Domini eſſe præſentem. Sic enim ali-
„ qui ſine ſpiritu, ſine affectu, ſine
„ tremore & timore, feſtinatione in-
„ credibili Sacrum perficiunt, quaſi
„ fide Chriſtum Dominum non vide-
„ rent, aut ab eo ſe videri non crede-
„ rent. Omitto quòd alicubi vaſa ſacra
„ & veſtes, quibus Myſteria celebran-
„ tur, vilia & ſordida inveniantur,
„ indigna prorſus, quæ ad tremenda
„ Myſteria adhibeantur. At fortè qui
„ hæc adhibent, pauperes ſunt? Id qui-
„ dem fieri poteſt; ſed ſi pretioſa non
„ poſſint, ſaltem munda & nitida pro-
„ curent.

„ Ego tamen cùm aliquando ex iti-

„ nere apud Epiſcopum nobilem &
„ prædivitem hoſpitarer, vidi aulam
„ vaſis argenteis ſplendidam, & men-
„ ſam omni ciborum genere refertam,
„ mappas quoque & reliqua omnia ni-
„ tida, & odorem ſuavem ſpirantia.
„ Sed cùm die ſequenti, ſummo ma-
„ ne, ad Eccleſiam Palatio contiguam
„ deſcendiſſem, ut Sacris operarer,
„ inveni omnia contraria, id eſt, vilia
„ & ſordida, ut vix auderem in tali
„ loco, & cum tali apparatu divina
„ celebrare Myſteria.

„ Fontibus ergo lachrymarum plan-
„ gendi ſunt non pauci, qui exteriore
„ turpitudine & ſordibus, animi ſui
„ in puritatem ſordeſque teſtantur. “
*Videatur idem Con. IX. in Dom. IV. Advent. pag. mihi* 63.

§. II.

*De Præparatione Sacerdotis.*

I. SAcerdotis præparatio interior animi puritatem & ſanctitatem exigit: dein & variarum virtutum & orationum exercitium, ipſius Sacrificii fines varios mente recoli, & ob oculos po-

ni, &c. Huic fini aptiſſimus eſt *Tractatus aſceticus* de Sacrificio Miſſæ Cardinalis Bona: Huic pariter fini concinnatus eſt Tractatus præmiſſus: *Præparatio*, &c.

II. Exterior præparatio primò exigit in Sacerdote habitum decentem & modeſtum juxta ſacros Canones: Os, Manus, Crines, ac Calceos per omnia mundos, cunctaque ſacro huic convivio dignè præparata, ſed ab omni faſtu mundano aliena. Et cùm collare ſit ſingulare ornamentum Sacerdotis, indecens videtur illud ante Miſſam deponere. Deponet nemo ad menſam profanam.

III. Præterea ordinant Rubricæ velum ſericum Calici nitido imponendum: item burſam coloris paramentorum, intus habentem Corporale plicatum. At utrumque negligitur ſæpè, ſed nudum fertur, & ſatis immundum Corporale.

IV. *Paramenta non debent eſſe lacera aut ſciſſa, ſed integra & decenter munda ac pulchra*, aiunt Rubricæ, *ibid. n.* 2. nitidè quoque ac decenter aptata.

Et meritò : nuptiæ enim ſunt Agni Cœleſtis, & ſacrum Convivium in quo Chriſtus ſumitur. *Apocal.* 19. Sed heus! quàm viles, laceras, obſoletas, tritas, &c. non raro videmus adhiberi ſacras veſtes in hac menſa Regali, eaſque indecorè pendentes velut veſtes ruſticales. O Rectores Eccleſiarum! O Domini Paſtores, diligite decorem Domûs Dei, menſam Domini nitidis inſtrui curate mappis; paramenta ſacra, ſi non pretioſa, ſint ſaltem nitida & munda: pro una piſtoleta decentem Planetam. &c. procurare poteſtis: quis credat, quòd tantillum non valeat paupertas veſtra? Valebit, modò adſit bona voluntas.

V. Rubricæ, *p.* 3. *tit.* 9 de defectu diſpoſitionis corporis exigunt jejunium naturale à media nocte, id eſt, ab hora noctis duodecima, idque à primo ictu horæ per horologium dato, quia tunc decurſa eſt hora duodecima, ut conſideranti patet. Eſtne igitur licitum & ordinatum eoſque potitare, & manè ſtare ad Altare? Inepta prorſus eſſe videtur iſthæc quæſtio.

VI. Quid de tabaco pipali, vel naſali ante Miſſam? Omnis mens pia, ac Deum reverens indigna cenſet & improbat illa: major tamen inordinatio eſt, ſi in ipſo tremendo Altari, in conſpectu Regis ac Judicis Chriſti huic cupiditati ſatisfiat.

*Judicium S. Gregorii Papæ.*

„ NUllum, puto, Fratres chariſſi-
„ mi, ab aliis majus præjudicium,
„ quàm à Sacerdotibus tolerat Deus:
„ quando eos, quos ad aliorum cor-
„ rectionem poſuit, de ſe exempla pra-
„ vitatis dare cernit. " *Homil.* 17. *in Luc.* 1.

## §. III.

*De Miniſtro inſerviente Sacrô.*

I. FUnctioni tam ſanctæ Miniſtrum deputantes Rubricæ ſic habent: (a) *Sacerdos.... capite cooperto accedet ad Altare, Miniſtro ... præcedente, ſuperpelliceum induto.*

II. Synodi Belgicæ ad minus decentem in Miniſtro requirunt habitum. Sed heus! quantum abeſt. Videmus in ru-

(a) P. 2. tit 2. n. 1.

ralibus Eccleſiis, ac etiam quandoque in aliis, Matricularios, alioſque cum ſuis laceris, ruſticalibus, ac laboratoriis veſtimentis inſervire Paſtoribus; hac pariter in re non ſatis oculatis: videmus juvenes calceis ligneis indutos, tritis veſtibus circumdatos, ridentes & garrientes, huic menſæ cœleſti inſervire. Quis autem tales, in tali habitu, menſæ ſuæ prophanæ inſervire permitteret in præſentia honeſtorum? certè in his & ſimilibus rebus ad divinum cultum ſpectantibus dormiunt multi, qui interim in aliis ſunt oculati.

§. IV.

*De defectibus quibuſdam generalibus.*

I. CONtra præſcriptum Rubricarum peccatur tam exceſſu quàm defectu, tam additione quàm omiſſione, itemque in modo & variatione, &c.

II. Defectu peccant & modo, qui ſine debitis præparationibus, veſtibuſque Sacris incompoſitis, ad Miſſam celeriter magis legendam, quàm devotè celebrandam ſeſe accingunt. Indecentiùs agunt, qui è conſortiis à fabulis & riſibus,

riſibus, tremendo Altari ſe ſiſtere non reformidant.

III. *Procedit autem*, aiunt Rubricæ, (*part.* 2. *tit.* 2.) *oculis demiſſis*, *inceſſu gravi*, *erecto corpore*. Contra hoc delinquunt qui magis currunt ad Altare Sacris veſtibus circumdati, quàm incedant, per totum templum, oculis vagantes liberrimè. Hæc talia & ſimilia quantum Divinæ Majeſtati diſpliceant probat hoc

EXEMPLUM.

REfert Abbas Rupertus in vita Sancti Eriberti Colonienſis Archi-Epiſcopi, Walderandum Argentinenſem Epiſcopum, quod, cantaturus *Pax vobiſcum*, ad Henricum II. Imperatorem oculos conjeciſſet, eique arriſiſſet, eodem die fuiſſe à Deo percuſſum, & infeliciter periiſſe.

REFLEXIO.

IV. SIcuti vitioſum eſt feſtinare nimium in Miſſa, & opus tam excellens perfunctoriè percurrendo, horæ quadrantis ſpatio Sacram hanc functionem, quæ horæ medietatem

ex ſe requirit, abſolvere, ita reprehenſibile eſt, quod aliqui infundatâ ſcrupuloſitate, vel quod pejus eſt, ex privati ſpiritûs vitio, ad 3. quadrantes vel horam integram Miſſam protrahant, non ſine magno aſtantium tædio. Exceſſus hic eſt æquè culpabilis.

V. Modo & variatione delinquunt, qui clamorosâ voce ſuâ totum Templum implent, ſicut & illi, qui ſubmiſsè nimium cuncta proferunt: utrimque exceſſus & defectus contra præſcriptum Rubricarum.

VI. Additione peccant qui ex vana & putatitia devotione exercent aliqua quæ in Rubricis non præſcribuntur. E. G. qui in adoratione Sacramenti, poſt illius elevationem, utrumque genu flectunt: item qui in elevatione Hoſtiæ caput ſubmittunt & oculos: qui calicis pedem oſculantur, &c.

VII. Delinquunt omiſſione, qui aliquos ex præſcriptis ritus omittunt ex negligentia vel præcipitantia aut feſtinatione nimiâ: qui verba ſyncopant, & integrè non pronuntiant, &c. item

qui vix reflectere ſolent, an cuncta pro tam ſacrâ functione decenter compoſita ſint; an candelæ accenſæ ſint, &c.

VIII. Inter hos numerantur, qui nullo corporis impedimento præpediti, ex torpore ſeu pigritia, debitè non genu flectunt, ſed pedem unum alteri poſtponentes vix leviter ſe inclinant. Hæc talia & ſimilia populo ſcandalizant potiùs quàm ædificent. Sed hi tales & ſimiles defectus craſſiores nonniſi eorum ſunt qui vel vera ad ſtatum Sacerdotalem vocatione carent, vel rerum divinarum notitiam, aut guſtum nullum habent, nullam aut modicam, ut ea, quæ ſtatûs & obligationis ſuæ ſunt, ſciant, curam aut ſtudium adhibentes. Et certè etſi ignorare aut omittere hunc inde aliquid levioris momenti, quandoque culpa non ſit, quandoque ſit tantùm levis, ſi id ſciri potuerit, &c. tamen inculpabili ignorantiâ & negligentiâ talium perſeverare, nec curam habere pro emendatione, res eſt periculi plena, & proxima ad contemptum diſpoſitio, juxta illud:

*Noluit intelligere ut benè ageret.* Pſal. 25.

His præmiſſis tranſimus ad particulares Rubricarum præceptiones, circa actiones aut geſtus in Celebratione Miſſarum obſervandos : ad hoc ut harum rerum ſtudioſi ad eas ſeriò reflectere valeant, ſit igitur

§. V.

*De Reverentiis ſeu inclinationibus generatim.*

I. INclinationes aliæ ſunt profundæ, cum totali corporis inclinatione, aliæ non profundæ, aliæ cum inclinatione capitis tantùm, aliæ reverentiæ fiunt cum genuflexione. Rurſus aliæ fiunt, intentis in Deum oculis, & ſtatim demiſſis : aliquæ oculis in Deum vel Sacramentum intentis, nec ſtatim demiſſis : ſimiliter fiunt inclinationes quandoque poſitis ſuper Altare manibus ; quandoque verò manibus ante pectus & Altare retentis. Omnes hæ differentiæ & ſingulæ in Rubricis expreſſæ ſunt : ſuper hic ſequitur

§. V I.

*De Inclinationibus profundis.*

I. Rubricæ primam à Sacerdote paramentis ſacris induto inclinationem faciendam exprimunt, his verbis: *Sacerdos. . factâ reverentiâ Cruci, vel Imagini illi, quæ in Sacriſtia erit*, capite cooperto, &c. *p.* 2. *tit.* 2. *n.* 1. Quo loco non quidem exprimitur an profunda eſſe debeat hæc inclinatio, an non; at Gavantus, *p.* 2. *tit.* 2. *n.* 1. eam debere eſſe profundam probat ex numero II. ubi profundè inclinandum dicitur imagini Crucifixi, cùm ad Altare pervenerit, argumento ſumpto à pari. Addit, illud *Capite cooperto* concordare non tantùm cum ſequenti *accedit*, ſed etiam cum præcedentibus, id eſt, inclinat cooperto capite in Sacriſtia. *Ibid. n.* 2.

II. Secundò inclinandum profundè cùm pervenerit ad Altare, ubi *ſtans ante illius infimum gradum, caput detegit, biretum miniſtro porrigit, & Altari ſeu imagini Crucifixi deſuper poſitæ profundè inclinat: Si autem in eo ſit*

*Tabernaculum SS. Sacramenti*, *genufleс-tens debitam facit reverentiam.*

III. Poſtquam, aperto libro, &c. deſcenderit ſub infimum gradum, priuſquam incipiat: *In nomine Patris*, *&c.* profundam facit Cruci vel Altari reverentiam; niſi ſit genuflectendum propter Sacramentum. *Tit.* 3. *n.* 1.

IV. Miniſter non ad ſuppedaneum Altaris, ſed in plano ad Sacerdotis ſiniſtram genuflectere debet, ad *Introibo*, &c *n.* 6.

V. Altari profundè inclinat Sacerdos, dum dicit *Confiteor*, donec à Miniſtro dictum ſit *Miſereatur.* Item dum celebrat coram Prælato, ad *tibi Pater* & *te Pater.* Et dicto *Oremus*, in hoc ultimo caſu. *Num.* 7. *&* 8.

VI. Ad *munda cor meum*, &c. & *Jube, Domine, benedicere*, &c. profundè inclinatur. *tit.* 6. *n.* 2. reflecte non dici *Domne*, quia hoc ad homines dirigitur, ſed *Domine*, quod ad Deum ſpectat. Diaconus petens benedictionem ante Evangelium, dicit: *Jube*, *Domne*, *benedicere.* Ita Gavant. *p.* 2. *tit.* 6. *n.* 5.

VII. *Sacerdos... profundè inclinatus incipit Canonem, ſecretò dicens:* Te igitur, &c. *tit.* 8 *n.* 1.

VIII. Idem fit ad *Supplices te rogamus*, ut in ordine Miſſæ: quæ Rubricæ ibidem poſitæ ſeriò ac ſæpe legendæ, æquè ac Rubricæ generales quæ ſunt in fronte Miſſalis.

§. VII.

*De Inclinationibus non profundis.*

1. Sicut Deus noſter (*a*) *Magnus Dominus & laudabilis nimis* in condito à ſe terrarum orbe non ſolùm magna quædam fecit & mirabilia, ſed & media & minutiſſima, omniſque generis animantia & inſenſibilia ad ornatum univerſi, ita & Mater noſtra Eccleſia varias variis Solemnitatibus Cæremonias & reverentias majores & minores in ſuis Officiis & Miſſæ Sacrificio ordinavit. Itaque

Inclinationes non profundæ fiunt in his caſibus: primò, dum aperto Miſſali *rediens ad medium Altaris, factâ Cruci reverentiâ... deſcendit poſt infimum*

(*a*) Pſalm. 47.

*gradum Altaris*, &c. Part. 2. tit. 2. n. 4

II. Stat parùm inclinatus dum dicit: *Deus tu converſus*. Tit. 3. n. 10.

III. Dicens: *Aufer à nobis*, &c. mediocriter inclinatur. *Tit* 4. *n*. 1.

IV. Aliquantulùm inclinatur dum dicit: *In ſpiritu humilitatis*. Tit. 7. n. 5.

V. Hanc orationem: *Suſcipe*, *Sancta Trinitas*, profert aliquantulum inclinatus. *Ibid. n*. 6.

VI. *Cùm dicit* Sanctus, *junctis ante pectus manibus*, *&* *inclinatus*, *voce mediocri* proſequitur. *Ibid. n*. 8.

VII. *Inclinatus dicit ſecretò*: Domine Jeſu Chriſte, &c. poſt *Agnus Dei*. Tit. 10. n. 3,

VIII. *Parùm inclinatus dextrâ tribus vicibus percutit pectus ſuum*, ad *Domine*, *non ſum dignus*. Ibid. n. 4.

## §. VIII.

### *De Inclinationibus ſolius capitis.*

CApút Cruci vel Sacramento inclinat Sacerdos in caſibus ſequentibus. *Part* 2.

I. Ad *Gloria Patri*, ubi Miniſter dixerit: *Spera in Deo*, &c. *Tit*. 3. *n*. 2,

II. Dum ad Introitum dicit *Gloria Patri.* Tit. 4. n. 2.

III. Dum in *Gloria in excelſis* dicit: *Deo*, item ad *adoramus te : gratias agimus tibi* : *ſuſcipe deprecationem noſtram* : *Jeſu-Chriſte.* Tit. 4. n. 3.

IV. Quotieſcumque dicit : *Oremus.* Part. 1. tit. 5. n. 1.

V. Quando in Orationibus vel Epiſtola pronuntiatur nomen Jesus. *Ibid. n.* 2. ſed ad nomen Mariæ vel Sanctorum de quibus dicitur Miſſa aut Papæ, caput inclinatur versùs librum, non versùs Crucem.

VI. Si in Evangelio nominetur *Jeſus*, caput versùs librum inclinat. *Tit.* 6. *n.* 2.

VII. Caput inclinat Cruci dum in Credo dicit : *In unum Dominum Jeſum-Chriſtum*, & *ſimul adoratur.*

VIII. Ad Offertorium dum dicit : *Oremus.* Tit. 7. n. 1.

IX. Dum ad *Gratias agamus* dicit: *Domino Deo noſtro.*

X. *Memento* facit demiſſo aliquantulum capite.

XI. In *communicantes*, dicens : *Jeſu-Chriſte*, caput Cruci inclinat. *Tit.* 8. *n.* 3

XII. Poſt verba *Quam oblationem* : ad *Jeſu-Chriſti.* Tit. 8. n. 4.

XIII. Ad hæc verba *Tibi gratias agens. N.* 4. *ibidem.*

XIV. Item cubitis ſuper Altare poſitis capite inclinato profert verba Conſecrationis. *N* 5. *&* 7.

XV. Factâ commemoratione mortuorum ad *per eundem Chriſtum Dominum* inclinat caput. *Tit.* 9. *n.* 2.

XVI. Ad *Oremus*, ante *Pater noſter*, caput inclinat. *Tit.* 10. *n.* 1.

XVII. Dicens *Agnus Dei*, caput versùs Sacramentum inclinat. *Ibid. n* 8.

XVIII. In Quadrageſima, ad hæc verba : *Humiliate capita veſtra Deo*, caput inclinat *Tit.* 11. *n.* 2.

XIX. Capite inclinato dicit : *Placeat tibi, Sancta Trinitas.* Tit. 12. n. 1.

XX. Caput Cruci inclinans, dicit voce intelligibili : *Benedicat vos*, &c. *Ibid.*

XXI. Finitâ Miſsâ, poſtquam deſ-

cendit ante infimum Altaris gradum, caput inclinat, vel genufle&ctit, ſi in Altari eſt Tabernaculum SS. Sacramenti.

R E F L E X I O.

OBſervandum hoc loco, quod ea quæ de ſolius capitis inclinatione dicta ſunt, non tam crudè intelligenda veniant, ac ſi ſolùm caput inclinandum foret, cervice & humeris rigidis manentibus; hoc enim videtur eſſe indecorum, ſed fieri debet urbana quædam capitis inclinatio cum aliquantula cervicis & humerorum ſuperioris partis incurvatione.

§. I X.

*De elevandis ante inclinationem oculis.*

OCulorum elevatio fit duplici modo: ſemel elevantur ac ſtatim demittuntur: deinde elevandi ſunt quandoque, nec ſtatim demittendi.

*Elevantur oculi, & ſtatim demittuntur* his caſibus:

I. Dum dicturus eſt: *Munda cor meum.* Part. 2 tit. 5. n. 2

II. Dum incipit: *Suſcipe, Sancte Pater.* Tit. 7. n. 1.

III. Dum dicit : *Veni, Sanctificator.* Ibid.

IV. Ad verba : *Suſcipe, Sancta Trinitas.* Ibid n. 7.

V. Dum in Præfatione dixit : *Gratias agamus* : ad hæc verba, *Deo noſtro*, oculos elevat & ſtatim Cruci caput inclinat. *Ibid n.* 8.

VI. Ad initium Canonis : *Te igitur* oculos ad Deum elevat, & ſtatim demittit. *Tit.* 8. *n.* 1.

VII. Dicens : *Elevatis oculis in Cœlum.* Ibid. n. 4.

VIII. Ante hæc verba : *Benedicat vos, &c.* Tit. 12. n. 1.

*Elevantur oculi, nec ſtatim demittuntur in caſibus ſequentibus.*

I. INtentis ad Deum oculis offert, dicens : *Offerimus, &c.* Tit. 7. n. 5.

II Elevans Sacram Hoſtiam oculos in eam intendit. *Tit.* 8. *n.* 5.

III. Oculos in Sacramentum intentos habet in *Memento mortuorum*, elevatis ad faciem manibus. *Tit.* 9. *n.* 2.

IV. Cùm incipit *Pater noſter*, extendit manus, & ſtans oculis ad Sacramen-

tum intentis proſequitur uſque ad finem. *Tit* 10. *n.* 1.

V. Has orationes ante ſumptionem Sacramenti : *Domine Jeſu Chriſte*, *&c.* legit oculis ad Sacramentum intentis. *Ibid. n.* 3.

§. X

*De manibus ſuper Altare ponendis ad quaſdam inclinationes*

MAnus junctæ ſuper Altare ponuntur. *Part.* 2.

I. Dum aſcenſo Altari dicit *: Oramus te*, *Domine.* Tit. 7. n. 7.

II. Dum dicit : *In ſpiritu humilitatis*, &c. *n.* 7.

III. Ad *Suſcipe*, *Sancta Trinitas.*

IV. Quando incipiens Canonem dicit : *Te igitur*, &c. *Tit* 8. *n.* 1.

V. Ad *Supplices te rogamus.* Tit. 9. n. 1.

VI. Dum recitat Orationes ante ſumptionem Sacramenti : *Domine Jeſu-Chriſte*, &c. *Tit.* 9. *n* 3.

VII. Ad *Placeat tibi*, *Sancta Trinitas*, &c. *Tit.* 12. *n.* 1.

R E F L E X I O.

QUotieſcumque manus junctæ ponuntur ſuper Altare, ita fieri de-

bet, ut digiti parvi dumtaxat frontem, ſeu medium anterioris partis tabulæ, ſeu menſæ Altaris tangant, reſiduò manuum inter Altare & ſe retento & pollice dextro ſuper ſiniſtrum in modum Crucis poſito. Sed poſt Conſecrationem pollices ab indicibus non disjunguntur uſque ad Poſtcommunionem.

§. X I.

*De manibus non ſuper Altare, ſed ante pectus ponendis.*

MAnus junctas ante pectus, non in Altari poſitas tenet Sacerdos inclinans. *Part.* 2.

I. Dum dicit: *Munda cor meum*, &c. *Tit.* 6. *n.* 2.

II. Quando inclinatus dicit: *Sanctus*, &c.

III Ad hæc verba: *Agnus Dei, qui tollis peccata mundi*: ubi autem dicit: *Miſerere nobis*, percutit pectus, ſiniſtrâ ſuper Altari poſitâ. *Tit.* 10. *n.* 2. In Miſſis de Requiem non disjungit manus hoc loco.

REFLEXIO.

DUm ante Conſecrationem jungendæ ſunt manus, id fieri debet ex-

tenſis, & junctis pariter digitis, & pollice dextro ſuper ſiniſtrum poſito. *Part.* 2. *tit.* 3 *n.* 1.

Ad Conſecrationem Hoſtiæ & Calicis, & Hoſtiæ ſumptionem, cubiti requieſcunt ſuper Altare. *Tit.* 8. *n.* 5. *v.* 7. *Tit.* 10. *n.* 4.

§. XII.

*Dantur Regulæ pro formandis crucibus.*

QUia geſticulatoriè & mirabiliter ab aliquibus formantur cruces, juvat & traditas regulas hìc aſſignare. *Part.* 2.

I. Signans ſeipſum Sacerdos, ſiniſtram ponit ante pectus, & ad ſe vertit palmam manûs dextræ, omnibus digitis junctis, & extenſis ante Conſecrationem. *Tit.* 3. *n.* 5. Sed poſt Conſecrationem pollices ab indicibus non diſjungit, niſi cùm Hoſtia tangenda eſt, ut ſuprà dictum. *Tit.* 8 *n.* 5.

II. Dum candelas vel aliquid aliud benedicit exiſtens in Altari, ſiniſtram ſuper Altare ponit, & parvum digitum vertit rei cui benedicit, digitis pariter junctis, & extenſis: prævié tamen manus jungit ante pectus, pollice dextro

ſuper ſiniſtrum poſito. *Tit.* 3. *n.* 5. Item *Tit.* 7. *n.* 5.

III. Perfectæ Cruces formandæ ſunt ſuper Hoſtiam & Calicem, non circuli aut aliudquid: nec nimis celeriter, ſed moroſè & uniformiter ducatur utraque linea, ſic ut pars tranſverſa non fiat manu curvâ aut clausâ, ſed rectâ, ſeu extensâ, uti declaravit S. Rituum Congregatio.

*Judicium S. Vincentii Ferrerii.*

„ BOni Clerici, ait, faciunt ſignum
„ Chriſti, ſcilicet Crucis: alii fa-
„ ciunt ſignum rotæ, ſive circulum
„ diaboli... ex indevotione, & nimiâ
„ feſtinantiâ.“ *Serm.* 1. *in Dom.* 2. *Adventus.*

*Præoccupatio.*

ERunt fortè qui ad has reverentiarum differentias parùm, aut vix attendentes dicant: Levia ſunt iſta, nec ſtudioſè curanda, modò ſerventur ſubſtantialia. Sanè hi tales nedum imperitiam ſuam, ſed & erga ea quæ Dei ſunt parvum reſpectum demonſtrant ſatis. Parvane ſunt ea, ad quæ majeſ-

tati Eccleſiæ Dei in ſe inclinare viſum fuit pro Dei honore, & Sacrificii Dominici Majeſtate? Dein parva licèt forent, obſervari ea voluit, & propterea ita ordinavit. Quâ ergo temeritate talia tamquam reflexione indignâ pertranſimus, & negligimus? „ Nemo dicat in „ corde ſuo (ait S. Bernardus) Levia „ ſunt iſta, non curo corrigere: non „ eſt magnum, ſi in his maneam ve- „ nialibus minimiſque peccatis: hæc „ eſt enim, dilectiſſimi, impœnitentia; „ hæc blaſphemia in Spiritum Sanc- „ tum, blaſphemia irremiſſibilis. “ *Serm.* I. *in converſione S. Pauli.*

§. XIII.

*De Oſculis.*

VAriis in locis, ut infrà, Rubricæ oſculandum præſcribunt Altare vel aliud: & interim aliqui non oſculum, ſed geſtum aliquem ineptum faciunt. Alii verò faciunt ubi fieri non debet. Erroribus his pariter corrigendis ſervient ſequentia.

Primò, Sacerdos ſacra Paramenta ſumpturus, non ſe ſignat Amictu, ſed

eum reverenter oſculatur in medio, ubi eſt & eſſe debet Crux. *P.* 2. *tit.* 1. *n.* 3. Mentem interim dirigere poteſt ad velamen illud, quo Chriſti Domini faciem velaverunt petulantes Judæi & dicentes: *Prophetiza, quis eſt, qui te percuſſit.* Luc. 22. Refert & myſticè Amictus Chriſti humanitatem, cujus caput eſt Divinitas.

II. Accipiens Manipulum oſculatur Crucem in medio, ad vincula manuum Chriſti animo intendens.

III. Oſculatur Stolam in medio ad Crucem, quæ funes collo Salvatoris injectas repræſentant.

IV. Dum aſcenſo Altari, dicit: *Quorum reliquiæ hic ſunt*, illud in medio oſculatur. Fit autem in ſignum venerationis, ex Innoc. III. l. 2. c. 5 ut ſicut Altare deſignat Chriſtum, ita Sacerdos meminerit ſancti deſiderii, & amoris Sponſæ Chriſti, quæ eſt Eccleſia, dicentis: *Oſculetur me oſculo oris ſui.* Cant. 1.

V. In Miſſa ſolemni Diaconus oſculatur cochlear, dein manum Celebrantis, dum ei miniſtrat naviculam: &,

cùm thuribulum tradit, priùs oſculatur catenularum ſummitatem, & mox celebrantis manum.

Recipiens autem ab eo thuribulum, primò manum, dein catenularum ſummitatem oſculatur, conformiter ad Rubricas de diſtributione Candelarum & Palmarum, ſuis locis. Incenſat autem tunc Celebrantem cum inclinatione capitis profundâ antè & poſt : cui Sacerdos nec modicè quidem inclinatur, ait Gavantus. *Part.* 2. *tit.* 4 *n* 7. Si in Altari expoſitum ſit SS. Sacramentum, Diaconus nil eorum oſculatur, quæ tradit Celebranti, vel ab eo accipit. Ita habent Rubricæ in Cœna Domini, & Fer. 6 Paraſceves. Ita & Cæremoniale Epiſcop. ibidem. Excipe caſus in Rubrica expreſſos.

VI. Subdiaconus cantatâ Epiſtola in Miſſa ſolemni oſculatur manum Celebrantis, præterquam in Miſſis Defunctorum. *Part.* 2. *tit.* 4.

VII. In Miſſa ſolemni Celebrans lecto Evangelio ſuo, illud non oſculatur, ſed mox dum per Subdiaconum liber Evangelii ad eum portatur.

VIII. Diaconus cantaturus Evangelium acceptâ benedictione Celebrantis manum oſculatur, expoſito licèt patenter Sacramento.

IX. Dicto Symbolo, vel ſi non ſit dicendum, finito Evangelio, Celebrans oſculatur Altare in medio. *Tit.* 7. *n.* 2.

X. In Miſſa ſolemni, Diaconus dans Patenam cum Hoſtia Celebranti, eam oſculatur; dein ejus manum, juxta Cærem. Epiſcop. *lib.* 2. *cap.* 8. & Gavantus hoc loco, *lit. n.* Idem fit in traditione Calicis.

XI. Celebrans dicto: *Suſcipe*, *Sancta Trintas*, &c. ante *Orate fratres*, oſculatur Altare.

XII. Cùm in Canone dicit *Uti accepta habeas*, priùs oſculatur Altare in medio.

XIII. Dum dicit: *ex hac Altaris participatione*, oſculatur illud, manibus hinc inde ſuper Corporale poſitis. *Tit.* 10. *n.* 8.

XIV. Ad *Libera nos*, *quæſumus*, cùm ſignat ſe, manum ſiniſtram ponit infra pectus; deinde Patenam ipſam oſculatur, idque decenter ad latus, prope manum ſuam, non in loco ubi ponenda eſt S. Hoſtia.

XV. Daturus pacem oſculatur Altare in medio in Corporali : at Diaconus extra Corporale.

XVI. Celebrans dictâ Poſtcommunione, rediens ad medium Altaris illud oſculatur in medio. *Tit.* 11.

XVII. Dicto : *Placeat tibi*, &c. oſculatur Altare.

XVIII. Licèt dicatur aliud Evangelium quàm S. Joannis, non tamen illud oſculatur in fine, quia nullibi præſcribitur. Sed è contrà Gavantus expreſsè habet oſculandum non eſſe, denique nec formanda Crux in fronte vel aliud ſimile. *P.* 2. *tit.* 12 *lit. a.*

§. XIV.

*Errores quidam alii recitantur.*

1. SUnt qui ad ea, quæ altâ, quæ verò ſubmiſsâ voce dicenda ſunt, parùm, aut non debitè reflectunt : aliqui enim clamorosâ voce ſuâ totum quaſi Templum implent : alii verò tam ſubmiſsè cuncta recitant, ut vix audiri poſſint. Alii curſorum more feſtinant omnia : alii morosè nimis hærent, & tædium ingerunt circumſtantibus. De-

fectibus his emendandis regulam ponunt Rubricæ generalem ſub hac verborum forma.

REGULA GENERALIS.

S*Acerdos maximè curare debet, ut ea, quæ clarâ voce dicenda ſunt, diſtinctè & appoſitè proferat, non admodùm feſtinanter, ut advertere poſſit ea quæ legit: nec nimis moroſè, ne audientes tædio afficiat: neque etiam voce nimis elatâ, ne perturbet alios, qui fortaſsè tunc temporis in eadem Eccleſia celebrant; neque tam ſubmiſsâ, ut à circumſtantibus audiri non poſſit, ſed mediocri & gravi, quæ & devotionem moveat, & audientibus ita ſit accommodata, ut quæ leguntur, intelligant. Quæ verò ſecretò dicenda ſunt, ita pronuntiet, ut & ipſemet ſe audiat, & à circumſtantibus non audiatur.* Part. 1. tit. 6. n. 2.

II. Erroneum eſt clarâ voce proferre: *Memento, Domine*, &c. Item: *Omnis honor & gloria.* Tit. 16. n. 1.

III. Ad *Gloria in Excelſis* vel *Credo*, manus non ſuper Altare ponendæ, ſed manus extendens, atque ad humeros

elevans (quod in omni manuum extenſione ſervandum) ea profert Sacerdos, at dein in fine, manus jungit, caput inclinans Cruci. Sed & unius manus palma alteram reſpicere debet. *Tit.* 4. *n.* 3.

IV. Dum dicit : *Deus, qui humanæ ſubſtantiæ*, ſignum Crucis facit ſuper ampullam aquæ, non antè, nec poſt. *Tit.* 7. *n.* 4.

V. Non inclinandum caput ad *Nobis quoque peccatoribus*, ſed prævie ad *Per eundem*, *&c.* nec fortiter pectus percutiendum.

VI. Indecens eſt ad *Domine, non ſum dignus*, brachio ſiniſtro curvè inniti Altari, vel corpus mediatum vertere, vel incurvare pedem : Standum eſt rectè; capite tantùm verſus Sacramentum inclinato, juxta reflexionem in fine Paragraphi VIII. poſitam.

VII. Plicatur Corporale & in burſa reponitur antequam Calix cooperiatur velo. *Tit.* 10. *n.* 5.

VIII. Non claudendus liber Miſſalis niſi finitis ex toto Collectis, & pars clauſa, quæ aperta fuit, medium Alta-

ris reſpiciat, ut docet Gavantus. *P.* 2. *tit.* 11. *n.* 1.

Præter hæc obvia, plura alia ſunt, contra quæ peccatur, quæ ſuis locis expreſſimus in expoſitione Rubricarum.

§. X V.

*De impoſitione & benedictione thuris, ac thurificatione, &c.*

DE imponendo incenſo in thuribulum ad initium Miſſæ ſolemnis, *P.* 2. *tit.* 4. *n.* 4. ſic habent Rubricæ: *Sacerdos ponit incenſum in thuribulum, miniſtrante Diacono naviculam, Diaconus parum inclinatus verſus Celebrantem dicit :* Benedicite, Pater Reverende, *& oſculatur cochlear & manum Celebrantis, antè & poſt. Celebrans ter incenſum ponit in thuribulum, dicens interim :* ab illo benedicaris, &c. *& depoſito cochleari, producens manu dextrâ ſignum Crucis ſuper thus in thuribulo, illud benedicit. Poſteà Diaconus dimiſsâ naviculâ, accipit thuribulum, & dat Celebranti, oſculatâ priùs catenularum ſummitate, & manu illius dextrâ.*

„ Diaconus in accipiendo thuribulum

a

„ à Celebrante, oſculatur primò ma-
„ num ejus, tum catenularum ſum-
„ mitatem, eumque incenſat, cum in-
„ clinatione ſemper profundâ capitis,
„ antè & poſt: cui Celebrans nec mo-
„ dicè quidem caput inclinat." *Part.* 2. *tit.* 4. *n.* 7.

Ita Gavantus, conformiter ad Ceremoniale Epiſcoporum, *Libro primo*, *cap* 23. quod & monet ut thurificans graviter & decorè ſe gerat, non perſonam aut caput, dum thuribulum ducit, reducitque movens.

Si Sanctiſſimum Sacramentum ſolùm ſit thurificandum, ut quando vel ante vel poſt Miſſam, vel aliàs datur Benedictio cum eo, tunc numquam thus benedicitur, ſed ſimpliciter ponitur in thuribulum, & porrigitur ſine oſculatione cochlearis vel manûs; ſed ſi etiam Altare thurificandum ſit, ſuper quod poſitum ſit Sanctiſſimum Sacramentum apertum, ut in Veſperis Feſtivitatis ejuſdem Corporis Chriſti, tunc benedicitur thus. Ita habet *Cæremon. Epiſcop. lib.* 1. *cap.* 24. Item, *lib.* 2. *cap.* 23. & 24. &

33. Ubi & exprimitur, quòd triplici ſemper ductu Sacramentum thurificetur; item quòd Sacerdos ſtans, imponat incenſum in thuribulum, &c In hoc etiam caſu manus lavandæ & tergendæ extra Altare in plano Capellæ, juxta Rubricas de feria ſexta Paraſceves, & Gavantum, *p.* 2. *tit.* 4. idque tam in Miſſa ſolemni quàm privatâ.

REFLEXIO.

NOn admirari non poteſt populus tantam in celebrando diverſitatem, quòd ſcilicet una Miſſa diutiùs duret, quàm altera, etiam in caſu, ubi unus diſcretè ac devotè Miſſam facit juxta Rubricarum præſcriptum.

Sanè difformitas hæc non ſolùm Statutis Eccleſiaſticis, ſed & fini Officiorum divinorum repugnat. Dubitari non poteſt quin oriatur hic abuſus partim ex ignorantia, partim ex neglectu, & Legum Rubricalium tranſgreſſione: adeò quidem ut hi tam celeres & expediti, ſint continui Rituum prævaricatores. Quod ut credant aliqua hìc ſingulariter attingemus, ratione quorum, (præter

carentiam debitæ devotionis) Miſſæ fiunt breviores.

Primò, Miſſas breves eſſe facit, quòd aliqui ita celeriter ab *Introibo*, uſque *ite Miſſa eſt*, & abſque illa interpolatione, ſerie continuatâ Lectionem proſequantur, ut ad finem feſtinare videantur.

Signanter feſtinant imprimis ad *Kyrie eleiſon*, dum abſoluto Introitu, nullâ interpoſitâ morâ dicunt: *Kyrie eleiſon*; ubi tamen Rubricæ habent, *p.* 2. *tit.* 4 *n.* 2. quòd Sacerdos priùs debeat accedere ad medium Altaris, & ibi dicere: *Kyrie eleiſon*.

Secundò, qui dum Calicem detegunt, dicere incipiunt: *Suſcipe*, &c.

Tertiò, ſine mora debita pergunt poſt Calicis elevationem, qui ante factam reverentem genuflexionem dicunt: *Unde & memores*, &c. adeò ut mox perveniant ad hæc verba: *Hoſtiam puram*, &c. & Cruces celerrimè efforment. Priùs reponi Calicem & humiliter adorari Rubricæ præſcribunt. *Tit.* 9 *n.* 1. & manus debitè extendi priuſquam dicatur: *Unde & memores*, &c.

Quartò, poſt hæc verba: *Omnis honor & gloria*, nondum tecto Calice, in ipſa genuflexione, vel etiam ante, dicunt: *Per omnia*, &c. Sicque à genuflexione ſurgentes, pervenerunt uſque ad *Pater noſter*, directè contra Rubricas dicentes: Tit. 16. n. 2. *Adorato Sacramento erigit ſe & manibus extenſis dicit* : *Per omnia ſæcula*, &c.

Quintò, ubi dictum eſt: *Pax Domini*, &c. ante genuflexionem vel ſub ea incipiunt: *Agnus Dei*, contra præſcriptum Rubricarum.

His adde nimiam in verbis pronuntiandis feſtinantiam, cùm Rubricæ voce mediocri & gravi cuncta dici velint: *Tit. 16. n. 2.*

Adde & geſticularias Crucis formationes & ſimilia plura, è quibus facilè concipi poteſt, quomodò tales indevoti Sacerdotes & curſores, & prævaricatores, brevi temporis ſpatio Miſſulam è manicâ, ut aiunt, excutiant.

§. XVI.

*De iis quæ poſt Miſſam agenda ſunt.*

I. MIſſale Romanum non ſolùm ea, quæ ante, & quæ in Miſſa, ſed & quæ poſt eam agenda ſunt Sacerdoti præſcribens gratiarum actionem, variaſque exhibet devotas orationes huic fini accommodatas.

II. Sacerdos itaque, finito ultimo Evangelio, dictoque : *Deo gratias, accipit ſiniſtrâ Calicem, dextram ponens ſuper burſam, ne aliquid cadat, deſcendit ante infimum gradum Altaris, & ibi in medio vertens ſe ad illud, caput inclinat, vel ſi in eo eſt tabernaculum Sanctiſſimi Sacramenti, genuflectit, & factâ reverentiâ, accipit biretum à miniſtro, caput cooperit, ac præcedente eodem Miniſtro, eodem modo quo venerat, redit ad Sacriſtiam, interim dicens Antiphonam trium Puerorum, & Canticum* Benedicite.

Non ergo : *Te Deum laudamus*, aut aliud quid tunc dicendum contra Eccleſiæ præſcriptum : ſed cum tribus Pueris, ſummo cordis affectu, recedens ab Altari oculis demiſſis, creatu-

ras omnes invocabit ad ſimul laudandum Deum pro tanto honore & beneficio ſibi præſtito, & participatione ipſius Corporis & Sanguinis Virginei Filii Dei, &c.

III. Cantico hoc abſoluto, & depoſitis Sacris veſtibus, recipit ſe in locum ab omni ſtrepitu ac diſtractione remotum, in quo clauſo oſtio cordis, cæteriſque cogitationibus excluſis, ſoli Deo vacabit & orationes per D. Thomam ac S Bonaventurám compoſitas, variis affectibus plenas, aliaſque ſimiles devotè recitabit, ſed magis corde quàm ore. Has abundè ſubminiſtrat ante citatus *Tractatus Aſceticus* Cardinalis Bona, ſicut & libellus præmiſſus: *Præparatio*, &c.

„ Timendum eſt, ait Thomas à
„ Kempis, quòd multi ideò parvum
„ fructum accipiunt de menſa Chriſti,
„ quia nec antea, nec poſtea ſunt in
„ ſufficienti cuſtodia ſui, nec ſatis re-
„ verenter præcogitant, quis eſt, qui
„ venturus eſt; nec poſtea ruminant,
„ quia, hodie *Sanctus Sanctorum* in-

„ greſſus eſt ad eos. “ *Lib. de ſilentio.* §. 33.

*Judicium Magiſtri Joannis Avila, relatum à Card. Bona.*

„ CUm Vir Apoſtolici ſpiritûs Joan-
„ nes Avila quemdam Sacerdotio
„ paulò ante initiatum, immaturâ
„ morte diſceſſiſſe audiſſet, ſtatim
„ quæſivit, num aliquando celebraſ-
„ ſet? reſpondenti verò: ſemel dum-
„ taxat; multùm, inquit, deſert ad
„ Judicem.

## CONCLUSIO.

HÆc talia utinam ſeriò conſiderent ii, quos quandoque videmus, depoſitis vix ſacris veſtibus, Sacriſtiam exire & Templum, moxque vacare colloquiis ſæcularibus; imò quandoque de Altari ad popinam tranſire. Hac certè in re homines ſæculares talibus Sacerdotibus præcellunt, eoſque meritò confundunt, utpote qui, ſumptâ magnâ devotione ſacrâ Synaxi, non ante actas debitas pro tanto dono gratias, moramque in devotione per mediam horam protractam, è Templo

recedère, eumque totum diem in quie te ac ſilentio, divinorumque Officiorum frequentatione ac devotione tranſigere ſolent.

FINIS.

---

APPROBATIO.

Videbit utiliter lucem.

J. R. Gillis, *Exam. Synod.*

---

LICENTIA ORDINARII

Imprimatur.

P. A. T. E. *Comes* DE ROUGRAVE, *Vicarius General. Leodienſis, de Mandato Illuſtriſſimi Domini mei.*

M. Close, *Secretarius.*

4375

introductio Puerperæ.

✠

intra cum gaudio in templum Domini Dei tui

Oremus

Omnipotens Sempiterne Deus, majestatem tuam Supplices exoramus, ut Sicut unigenitus filius tuus cum nostræ carnis Substantia in templo est præsentatus, ita facias hanc famulam purificatam tibi mente præsentari per eundem D: N: J: C: &c

℣ Dominus vobiscum

℟ et cum Spiritu tuo

initium Sancti Evangelium Sec: Joan:

℟ Gloria tibi Domine

in principio etc fol: 16

Benedictio Dei Patris + et Filii + et Spiritus Sancti + descendat Super te et prolem tuam /: vel vos :/ et maneat Semper

℟ Amen

moduſ â SS. D. benedicto XIV
approbatuſ ad impertiendam
benedictionem in articulo
mortiſ conſtitutiſ
℣ adjutorium noſtrum in nomine
domini ℟ qui fecit cœlum et
terram

antiphona

ne reminiſcariſ Domine delicta
famuli tui neque vindictam
ſumaſ de peccatiſ ejuſ.
Kirie elijſon chriſte elijſon
Kirie elijſon pater noſter. etc
et ne noſ inducaſ in tentationem
ſed libera noſ a malo
ſalvum fac ſervum tuum
deuſ meuſ ſperantem in te
domine exaudi orationem meam
et clamor meuſ ad te veniat
dominuſ vobiſcum
et cum ſpiritu tuo

oremus

Clementissime Deus pater misericordiarum, et Deus totius consolationis, qui neminem vis perire in te credentem, atque sperantem, secundum multitudi=nem miserationum tuarum respice propitius famulum tuum N. quem tibi vera fides, et spes christiana commendant. visita eum in salutari tuo, et per unigeniti tui passionem, et morte omnium ei delictorum suorum remissionem, et veniam clementer indulge, ut ejus anima in hora exitus sui, te judicem propitiatum inveniat, et in sanguine ejusdem filii tui ab omni macula abluta transire ad vitam mereatur perpetuam. per eumdem christum dominum nostrum.

tum dicto ab uno e clericis adstantibus, confiteor etc: sacerdos dicat, misereatur. etc. deinde.

4375

dominus noster iesus christus
filius dei vivi, qui beato petro
apostolo suo dedit potestatem
ligandi, atque solvendi per suam
piissimam misericordiam recipiat
confessionem tuam et restituat
tibi stolam primam quam in
baptismate recepisti et ego
facultate mihi ab apostolica
sede tributa, indulgentiam plenari
=am et remissionem omnium
peccatorum tibi concedo in nomine
patris. etc per sacro sancta
humanæ reparationis mysteria
remittat tibi omnipotens deus
omnes præsentis et futuræ vitæ
pænas paradisi portas aperiat
et ad gaudia sempiterna perducat
amen. benedicat te omnipotens
deus, pater, et filius, et spiritus
sanctus. amen.